Secundum dubium. ¶ Secundum dubium eſt: vtrum poteſtas ⁊ facultas huiuſmodi ſit oꝛdinaria in pꝛouincialibus an delegata. Deſeruit autem valde hoc dubiū: ad ſciendum in quibus caſibus poſſunt pꝛefati pꝛelati ſubdelegare: ⁊ in quibus non. Et omiſſis multis q̄ pꝛo ⁊ contra poſſent adduci: dicitur ꝙ ꝓ indubitato haberi debet ꝙ eſt oꝛdinaria ⁊ non delegata. Sed pꝛo ampliori elucidatione huius materie eſt notanda ſequēs queſtio. Queritur enim a doctoꝛibus: vtrum iuriſditio emanans ex cōmiſſione perpetua facta papa vel pꝛincipe: vel a cōmunitate non recognoſcente ſuperioꝛē: ſit oꝛdinaria vel dlegata? Et dimiſſis contētionibus reſpondetur ꝙ eſt oꝛdinaria. Ita tenet glo. ⁊ ibi Bartolus in l. pluribus. ff. de pꝛocuratoꝛibus. Idem tenet alia glo. ⁊ clarius in. c. fi. de officio oꝛdinarij. ibi cum conceſſum ſit ei pꝛiuilegium perpetuum. Ad qꝺ dicitur vnica per Baldum ibi. Item eſt doctrina Bartoli in. l. pꝛima. §. ſi plures ff. de exerci. actiōe in pꝛima colū. Sed clarius immo clariſſime tenet Baldus in. l. vnica. ff. de. offi. conſu. cuius verba ſunt hec. Nono queritur vtrum cōmiſſio facit quem oꝛdinarium ſeu delegatum. Reſpondeo: ſi eſt commiſſio ꝑpetua facit oꝛdinarium: ſi autem tempoꝛalis: vt pote quia dicit refoꝛmatio cōmunis Piſaꝝ ꝙ pꝛeſentes domini Anciani piſane ciuitatis poſſint oīa q̄ poteſt totum commune piſarum: tūc eſt auctoꝛitas delegata ⁊ non oꝛdinaria. Et ſic cum commiſſio facta ꝓuincialibus fratrum mi. vt poſſint abſoluere ⁊ diſpenſare in certis caſibus ſit perpetua: plane conſtat ꝙ facit eos oꝛdinarios. Igitur auctoꝛitas de qua ſupꝛa: data ꝓuincialibus a papa eſt oꝛdinaria.

¶ Aduertendum eſt tamen ꝙ poſſet aliquis obijcere contra ſupꝛadicta dicēs ꝙ licet bene pꝛobatum ſit pꝛefatos pꝛouinciales eſſe oꝛdinarios: ſi pꝛedicta facultas ⁊ poteſtas eſſet iuriſdictio: ſed cum potius videatur eſſe cōmiſſum eis arbitrium in huiuſmodi abſolutione ⁊ diſpēſatione q̄ȝ iuriſdictio: ſeqtur ꝙ

non valeant dici oꝛdinarij. Ad hoc reſpondetur: ꝙ dato caſu qꝺ ſit arbitriū ⁊ non iuriſdictio: adhuc in huiuſmodi arbitrio ſunt oꝛdinarij ⁊ non delegati. Ita tenet Bartolus ſingulariter in. l. ij. ff. ꝺ opti. lega. in fi. colū. ſed longiꝰ ⁊ ſingularius in. l. Ambicioſa. ff. de decre. ab oꝛdi. fa. loquēs ſemper ī arbitrio: vbi poſt multas diſtinctiones ponit ſequentia verba. An autem videatur cōceſſum per modum cuiuſdam iuriſdictiōis oꝛdinarie vel delegate. Dico verba ſtatuti ſeu refoꝛmationis concedentis ſtatutum eſſe diligenter inſpiciēda. Si enim hoc concedit officio: vt qꝛ dicunt illa verba. Ad officium pꝛioꝛum pertineat arbitrium ⁊c. videtur conceſſum officio. Et tunc pꝛioꝛes poterunt vigoꝛe ſui officij ex poteſtate oꝛdinaria. Ponderanda ſunt valde pꝛefata verba Bartoli: quia non dixit: an videatur conceſſa iuriſdictio oꝛdinaria in arbitrio: ſed an videatur conceſſum arbitrium per modum iuriſdictionis oꝛdinarie. Ex qua ponderatione colligūtur duo ⁊ ambo ſingularia in ꝓpoſito. Unum qꝺ non idem ſunt arbitrium ⁊ iuriſdictio. Secundum qꝺ poteſt cōcedi arbitrium ad inſtar iuriſdictionis oꝛdinarie. Idem tenet Baldus in. l. Moꝛe. ff. de iuriſdi. omniū iudi. in fi. colū. Et ſic ex omnibus ſupꝛadictis apparet euidenter qꝺ auctoꝛitas de qua ſupꝛa eſt oꝛdinaria ⁊ non delegata: cum ſit commiſſa officio ⁊ non perſone nominate: ⁊ qꝛ eſt commiſſio perpetua ⁊ nō tēpoꝛalis facta a ſupꝛemo pꝛincipe papa: qui in terris nō hꝫ ſuperioꝛem.

Tertiū dubium. ¶ Tertiū dubiū eſt vtrū guardiani qbus ꝓuinciales cōmittūt auctoꝛitatē abſoluēdi a caſibꝰ eis reſeruatis poſſint cōmittere hmōi auctoꝛitatē alijs fratribus. Ad hoc reſpōdetur qꝺ nō: niſi quādo tales guardiani eſſent cōmiſſarij ꝓuincialiū cū plenitudine poteſtatis. Ratio huiꝰ eſt qꝛ ſm iura delegatꝰ ab iſferioꝛe a pꝛincipe nō pōt ſubdelegare: niſi ſit delegatus ad vniuerſitatē cauſaꝝ: vel niſi hoc ſibi ſpālr ꝯcedat ſm Ioā. and. p. c. Is cui. de offi. delega. li. vj.

Abſolutio extraoꝛdiaria quoad fratres

Collectoꝛ.

¶ Sequitur ſecundum pꝛincipale pertinens ad abſolutionem fratrum extraoꝛdinariam que ſcilicet poteſt eis impendi certis ac determinatis diebus.

EVgenius. 4. cōceſſit fratribus minoꝛibus ꝺ obſer. vt poſſint abſolui ꝑ cōfeſſoꝛem ab eis electum de ſuoꝛum licētia ſuperioꝛuꝫ: ſemel tātum ab omnibus cēſuris ⁊ penis: excepto falſificationis literarū apoſtolicarum crimine. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 84. — 1 Caſus reſeruati pape.

Collectoꝛ. ¶ Aduerte circa huiuſmodi ꝯceſſionē: ea q̄ poſita ſunt ſupꝛa ni dictione. Abſolutio oꝛdinaria quo ad fratres poſt. §. 9.

2 Pꝛo pꝛofeſſis fratribꝰ. Pꝛo nouitijs. Pꝛo oblatis. Abſolutio plenaria pꝛo ſemel ī vita.

¶ IDEM Eugenius conceſſit fratribus mino. de obſer. pꝛouinciarum regni Caſtelle: quatenus ſinguli pꝛelati dicti oꝛdinis quocunqꝫ nomine cenſeātur: ⁊ confeſſoꝛes per ipſos pꝛelatos deputati vel pꝛo tempoꝛe deputandi: ſingulorum conuentuum: locoꝛum: domoꝛum: ⁊ heremitoꝛioꝛum huiuſmodi: poſſint ſemel tantum abſoluere omnes ⁊ ſingulos fratres pꝛofeſſos: conuerſos atqꝫ nouitios habentes pꝛopoſitum pꝛofitendi: necnō perpetuo donatos: oblatos: pꝛeſentes ⁊ futuros ipoꝛum conuentuū: locoꝛū: domoꝛū: ⁊ heremitoꝛioꝝ hmōi: ab oībus ⁊ ſingulis ſuis pctīs exceſſibꝰ ⁊ delictis: etiā q̄tūcūqꝫ

enormibus:⁊ a quacũqꝫ ſimonia in curia vl' alias vbicũqꝫ:ante ⁊ poſt igreſ-
ſum religionis commiſſa:necnõ quibuſcũqꝫ excõmunicationum: ſuſpẽſio-
num ⁊ interdicti:alijſqꝫ eccl'iaſticis cẽſuris ⁊ penis:a iure vl' ab homine:apo
ſtolica vel ſedis apoſtolice legatorum:delegatorum vel ſub delegatorum:ordinaria
vel alia quauis auctoritate:etiã per ſinodales aut prouinciales:aut generaliũ
conciliorum conſtitutiones ⁊ quoſcũqꝫ ꝓceſſus apoſtolicos ⁊ quaſcũqꝫ extra-
Cenſure. uagãtes:vel iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta quomodolibet ꝓmulga-
tis in genere vel in ſpecie:ſi quas incurrerint ante ⁊ põſt ingreſſum religionis
etiam ſi talia ſint propter que apoſtolica ſedes ſpecialiter ⁊ expreſſe ſit merito
Diſpẽſatio conſulẽda. Necnon cũ ſingulis ſupradictis ſuper quibuſcũqꝫ irregularitati-
pro ſemel in bus ⁊ inhabilitatibus quouis modo contractis:in omnibus ⁊ ſingulis etiã
vita. ſedi ꝑdicte ſpecialiter ⁊ expreſſe reſeruatis(bigamie:homicidij volũtarij:mu-
tilationis membri caſibus:duntaxat exceptis) ſemel ſimiliter diſpenſare: ac
Promotio eos habilitare:vt non promoti ad omnes ſacros ordines ⁊ miſſarum celebra-
ad ordines tionem promoueri poſſint:⁊ ipſi promoti in eiſdem miniſtrare valeant. Et ꝙ
ſacros ⁊. ad quaſcũqꝫ dignitates adminiſtrationes ⁊ officia dicti ordinis (etiam ſi cu-
Officia ordi ram habeant animarum)recipi:illiſqꝫ preſici ⁊ aſſumi apoſtolica auctoritate
nis. valeant ⁊ poſſint. Et voluit ꝙ ſi predictas cenſuras vel earum aliquam igno
ranter vel inaduertenter incurrere contigerit: a talibus prelati ⁊ confeſſores
ſupradicti quotiẽs opus fuerit ⁊ oportunum abſoluere:ac ſuper irregulari-
tate vel irregularitatibus ex talibus cenſuris:poſtea celebrando vel predican-
do vel diuinis ſe immiſcẽdo vel alias contracta vel contractis:quotiẽs opus
fuerit:vt ſimiliter diſpẽſare auctoritate predicta valeãt:miſericorditer de gra-
tia ſpeciali conceſſit. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 85.
3 ❡ IDEM eugenius conceſſit omnibus ⁊ ſingulis ſupradictis preſentibus
Particula- ⁊ futuris:prelatis ⁊ ſubditis:profeſſis conuerſis: ⁊ cum propoſito ꝓfitendi
ris ꝑ regnis nouitijs:in ſinceritate fidei ⁊ vnitate ſancte romane eccleſie ⁊ obediẽtia ſue
caſtelle. ſanctitatis ſuorũqꝫ ſucceſſorum romanorum pontificum canõice intrãtium
exiſtentibus:ꝙ eis quicũqꝫ preſbiteri ſeculares vel regulares perpetuis tem-
poribus:omnium peccatorum ſuorum de quibus in genere vel in ſpecie cor-
Indu. pleñ. de contriti ⁊ ore cõfeſſi fuerint:⁊ etiam de oblitis:indulgẽtiam ⁊ remiſſionẽ
in mortis ar in mortis articulo auctoritate apoſtolica libere ⁊ licite concedere valeant: ita
ticulo. etiam ꝙ ſi in illo reputato mortis articulo non deceſſerint:ſemper indulgen-
tia predicta intelligatur reſeruari ad verum mortis articulum. Sed ne(quod
abſit)propter huiuſmodi gratiam:reddãtur procliuiores ad illicita i poſterũ
committenda:voluit ꝙ ſi ex confidentia huiuſmodi aliqua forſan commit-
tant:ad talia predicta indulgentia nullatenus ſuffragetur.
Aduerte ad ❡ Voluit etiam idem dominus papa:ꝙ ſinguli predictorum qui ſufficiẽtis
cõditionem literature fuerint:per vnũ annum a tẽpore quo conceſſione huiuſmodi gau-
hic apoſitã. dere voluerint:ſingulis ſeptimanis(impedimento ceſſante legitio)ſemel ſeptẽ
pſalmos penitẽtiales cum letania recitent ſiue legant: alij vero non ſufficien-
ter literati:alias orationes(iuxta confeſſorum ſuorum arbitrium : prout ani-
marum ſuarum ſaluti viſum fuerit)dicere teneantur. Et ꝙ ſi forſan impedi-
mento detẽti:in dictis anno ⁊ ſeptimanis orationes predictas cõmode dicere
nõ potuerint:vel ex inaduertentia aut obliuione omiſerint:ex tũc in alia ſepti
mana ſequentis anni ſupplere teneantur. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 86.

SIXTUS. 4. conceſſit oĩbus fratribus mino. de obſer. tam profeſſis ꝙ̃ 4
nouitijs:qui tamẽ habẽt propoſitum ꝓfitendi:necnon ſoro Abſolutio
ribus ſancte Clare:⁊ Tertiarijs vtriuſqꝫ ſexus:⁊ famulis ⁊ ſeruitoribꝰ ꝑdi- plenaria ꝑ
ctorũ omnium:vt quilibet eorum poſſit ſemel eligere confeſſorẽ de hmõi obſer ſemel i vita
uantia:q audita eius cõfeſſione penitentiã ſalutarẽ iniũgendo: abſoluat eos ⁊ in mortis
ab oĩbus criminibus:exceſſibus ⁊ cẽſuris eccleſiaſticis:⁊ diſpenſet cũ eis in articulo.
oĩbus irregularitatibꝰ:ſi quas forte cõtraxerint(homicidio volũtario: ⁊ mu
tilatione mẽbri ſemper exceptis)⁊ ei remiſſionem generalẽ ⁊ plenariã omniũ Diſpenſatio
peccatorum impartiri valeat. Et ꝙ hoc idem poſſit in mortis articulo. o. fo.
64. Et ffo. 68. conce. 131.
❡ ADUERTE circa hanc conceſſionẽ:ꝙ licet ſixtus nõ excipiat in ea ir- Collector.
regularitatẽ ex bigamia ꝓuenientẽ:tñ pro excepta debet ſemper haberi : q2 eſt
grauior reliquis ad diſpenſandũ. Et q2 in alia conceſſione infrapoſita in di-
ctione. Diſpenſatio. §. 11. illã excepit expreſſe. Et quia forte illa facta fuit poſt
iſtam:licet hoc non conſtet:quia non habent datas. Utrũ tamen aliter ſit iu-
dicandum:prudens lector aduertat.
❡ IDEM ſixtus cõceſſit oĩbus ⁊ ſingulis predicatorum ⁊ mino. ordinum 5
profeſſoribus:qui tũc erãt ⁊ qui ꝑ tpe perpetuo erũt:vt confeſſor idoneꝰ eo- Abſolutio
rundẽ ordinum:quem quilibet pro ſe de ſui ſuperioris licẽtia duxerit eligen- plenaria pro
dum:eorũdem confeſſione diligẽter audita:pro cõmiſſis per eos exceſſibus ⁊ ſemel i vita
peccatis:ſemel in vita ⁊ in mortis articulo:plenariã abſolutionẽ ⁊ peccatorũ ⁊ in mortis
huiuſmodi remiſſionẽ impendere valeat:etiã ſi ante factã eorundẽ ordinuꝫ articulo.
profeſſionem eos decedere contigerit. B. fo. 65. Et ffo. 148. conce. 360.
LEO. 10. conceſſit licentiã ⁊ facultatẽ oĩbus monialibus ſancte Clare ⁊ 6
ancillis beate virginis:vt quater in anno poſſint ſe a ſuis ſupio- Quattuor
ribus ſiue confeſſoribus:aut alijs fratribus de ordine fratrũ mino. per ſupe- abſolutiões
riores deputatis facere abſolui:ab omnibus peccatis ſuis:qualitercũqꝫ com- plenarie.
miſſis. Ac ſimiliter abſolui vel potiu s diſpẽſari ab oĩbꝰ ⁊ ſingulis votis(ex-
ceptis ſubſtantialibus emiſſis in earũ ꝓfeſſione)que ſolent feminea leuitate ꝑ Diſpẽſa io.
qualibet minima neceſſitate emitti. Ita tñ ꝙ nulli ipſarũ hec gratia ſuffrage
tur:ſi confiſe de ipſa aliquid attẽptarent cõmittere quod oculos diuine ma-
ieſtatis(earũ violãdo profeſſionẽ)offenderet. Et inſuper placuit ſue ſanctitati
de benignitate apoſtolice pietatis concedere facultatẽ earũ confeſſoribus: de
licentia prelatorũ eaſdem audientibus: ꝙ ea plenitudine eas abſoluant:⁊ illi
ſtatui innocentie reſtituant quo ſanctitas ſua faceret:ſi ipſamet in confeſſio-
ne auſcultaret peccata. Et ꝙ poſt hoc eadẽ auctoritate apoſtolica:oĩbus ⁊ ſin- Benedictio
gulis ſanctam benedictionem impartiantur nomine ſanctitatis ſue. o. fffo. papalis.
93. conce. 290. ❡ Uide prope finem huius dictionis: ſeu capituli : qualiter Collector.
prefate abſolutiones debeant fieri.
❡ IDEM leo conceſſit monialibus ſancte Clare ſub cura fratrũ minorum 7
obſer. exiſtẽtibus:vt in oĩbus ſolẽnitatibus dñi ſabaoth:⁊ virginis Marie Abſolutio-
ac omnium ſanctorũ:⁊ ſanctis patris noſtri Frãciſci:⁊ ſancte Clare:poſſint nes pleñ. ꝑ
confeſſores earũ in abſolutionibus ſuarũ confeſſionũ eas plenarie abſoluere: multis feſtiui.
⁊ penitentiam ſalutarem iniungere. B. fffo. 42. conce. 132. ❡ Circa hanc ab Collector.
ſolutionem:vide que ponuntur prope finem huius dictionis:ſeu capituli.
❡ IDEM Leo cõceſſit ancillis ⁊ ſororibus ordinis beate marie virginis:

Abſolutio-
nes plenarie
ꝑ multis fe-
ſtiuitatibꝰ ⁊
alijs diebꝰ.
Collector.

ſub regimine fratrum mino. obſer. exiſtētibus: vt in omnibus ſolēnitatibus
dñi ſabaoth beate Marie virginis: petri ⁊ pauli: ⁊ ſancti Frāciſci: omniūq̃
ſanctorum: atq̃ per totam maiorem hebdomadam: confeſſores earū quicūq̃
fuerint: ſiue ordinarie a prelatis deputati: ſiue aliter (dum modo eas audiant
de cōſenſu ſuorum prelatorum) poſſint in abſolutionibus earum de peccatis
ſuis eas plenarie abſoluere ac penitētiam ſalutarem iniungere. Quo vero ad
fratres: prius ſuorum ſuperiorum ⁊ eorum cura gerentium: licentia ⁊ aſſen-
ſu habitis. B. ffſo. 43 conce. 137. ¶ Circa hāc conceſſionem vide infra ꝑ
pe finem huius dictionis vel capituli.

Abſolutio
ple. ꝑ die. s.
Catherine.

¶ IDEM leo finaliter conceſſit fratribus mi. regul. obſer. ꝙ ſemel in quo-
libet anno (vltra alias indulgētias quas a ſede apoſtolica habent) poſſint ple
narie abſolui: ⁊ indulgentiam plenariam conſequi in feſto ſancte Catherine
virginis ⁊ martyris. o. ffſo. 94. conce. 299. ¶ Pro huiuſmodi abſolutione:
vide prope finem huius dictionis.

Collector.

QUIA circa huiuſmodi abſolutiones plenarias a Leone. 10. conceſſas:
nōnulli fratres decipiūtur credendo ꝙ poſſint eis vti abſq̃ licē
tia ſuorum ſuperiorum. Aduertendum eſt: ꝙ in omnibus ipſis (vltima dū-
taxat excepta) ſemꝑ poſitū eſt a ſummo pōtifice: ꝙ ſolū poſſint fratres: ſeu mo
niales: ſic plenarie abſolui a prelatis ſuis: vel a cōfeſſoribus per eos deputatis
ſeu de licentia eorūdem. Sed ad omnem ambiguitatem circa hoc tollendam
ꝙ ſcilicet abſq̃ licētia ſuperiorum: ⁊ nō quorūcūq̃: ſed ſaltem prouincialiū:
nō poteſt quis prefatis abſolutiōibus plenarijs gaudere quoad caſus reſerua
tos: notāda eſt ac menti commendanda quedam clauſula in tabula cōgre-
gationis generalis Burdegalenſis poſita: tenoris ſubſequentis.

Statutū ca-
pituli gene-
ral' circa ab-
ſolutiōes ca
ſuū reſerua-
torum.

VT fratribus iuxta regule puritatem: maior recipiēdi ſacramētum penitē
tie tribuatur occaſio: Reuerendiſſimus pater miniſter generalis: tam
quo ad fratres q̃ quo ad moniales: reuocat oēs gratias facultates cōfeſſiona
lia: ⁊ indulgētias: ⁊ quaſlibet litteras ſub quacūq̃ verborum forma: etiam a
ſede apoſtolica conceſſas: ſiue vigore bulle cruciate vel fabrice ſancti petri de
vrbe: aut quarūlibet cōfraternitatum: pro quāto ſunt in preiudicium caſuū
miniſtris reſeruatorum: declarādo eſſe contra ſanctiſſimi domini pape volū-
tatem: tam fratres q̃ ſorores vti prefatis gratijs quo ad confeſſiones faciēdas
de caſibus predictis: aut contra inſtituta ordinis: abſq̃ licentia prefati reuerē
diſſimi miniſtri generalis: aut prouincialium miniſtrorū: quouis modo ſit:
etiam irritum eſſe ⁊ inane quicquid alias fuerit attētatum. Et hoc vigore cu
iuſdam breuis: premiſſorum declaratorij: ab alexandro papa olim conceſſi: ⁊
breuis ſpecialis leonis. 10. Reuerendiſſimo patri miniſtro Generali miſſi: ⁊
hoc capitulo publicati.

Collector.

¶ INSUPER circa predictas abſolutiones plenarias a Leone. 10. conceſ
ſas eſt aduertēdum: ꝙ huiuſmodi abſolutiones: nō ſe extēdunt ad cenſu-
ras excommunicationum: vel irregularitatum: aut caſuum reſeruatorū pa-
pe: quia de eis non fit aliqua mētio in litera conceſſionum. Nec etiam ſe extē
dūt ad remiſſionem pene debite pro peccatis in preſenti: aut in purgatorio:
prout aliqui arbitrati ſunt: exceptis tamē quattuor indeterminatis ſupra poſi
tis in. §. 6. Ac ſimiliter excepta illa que habetur ſupra. §. 9. pro die ſancte Ca
therine: quia iſta habet expreſſam indulgentiam plenariam que refertur ad

penam: vltra abſolutionem plenariam que refertur ad culpā. Alie autem qua
tuor habent verba que equipollent indulgentie plenarie.

¶ Item eſt aduertendum: ꝙ ſicut patet ex dictis: ⁊ ex litera ipſarum abſolu-
tionum: ipſe non ſunt vniformes: ſeu equales: ⁊ ideo non eodē modo debet
impendi abſolutio: quandocūq̃ occurrunt dies in q̄bus conceſſe ſunt. Qua
propter ne in hoc aliqui minus docti decipiātur: opere precium viſum eſt in
calce huius ſummarij: diuerſas abſolutiones breues ⁊ compēdioſas: iuxta di
uerſitatem huiuſmodi conceſſionum ſuperaddere.

¶ Forma abſolutionis pro quatuor vicibus in quibus poteſt quis abſolui
diebus quibus maluerit quolibet anno: prout dictum eſt ſupra. §. 6.

¶ AUCTORITATE tibi conceſſa ⁊ mihi cōmiſſa: ego te abſoluo ſic
plenarie: ⁊ illi ſtatui inocētie reſtituo: quomodo ſanctitas domini noſtri pape
faceret: ſi ipſemet in confeſſione tua peccata auſcultaret. Et eadem auctoritate
apoſtolica tibi ſanctam benedictionem papalem impartior. In nomine pa-
tris ⁊ filij ⁊c.

¶ Forma abſolutionis pro omnibus alijs vicibus in quibus poteſt impendi
abſolutio plenaria: vt habetur ſupra in. §. 7. ⁊. 8.

¶ AUCTORITATE tibi conceſſa ⁊ mihi commiſſa: ego te abſoluo ple
narie ab omnibus peccatis tuis: inquātum predicta auctoritas ſe extēdere po
teſt. In nomine patris. ⁊c.

¶ Forma abſolutionis pro abſolutione que impendi poteſt in feſto. s. Cathe-
rine: q̄r differt ab omnibus ſupradictis: vt patet ſupra in. §. 9.

¶ AUCTORITATE tibi cōceſſa ⁊ mihi commiſſa: ego te abſoluo plena
rie ab omnibus peccatis tuis: in quātum huiuſmodi auctoritas ſe extēdere po
teſt: ⁊ concedo tibi indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum.
In nomine patris. ⁊c.

VLTIMO notandum eſt circa omnes conceſſiones pro abſolutiōibus
plenarijs ſupra ſcriptis factas: ꝙ melior ⁊ copioſior omniū
ipſarum eſt illa quā fecit ſixtus. 4. ⁊ habetur ſupra. §. 4. Et tam pro ipſa q̃ ꝓ
quacunq̃ alia que ſub ſimili tenore conceſſa fuerit: ponitur hic quedam for-
ma abſolutionis valde copioſa.

Collector.

¶ Forma abſolutionis pleniſſima qua ſaltem pro ſemel in vita ⁊ in mortis ar
ticulo poſſunt vti fratres mino. ⁊ alie perſone que illorum priuilegijs gaude-
re poſſunt. ¶ Sequitur forma ſeruanda ante abſolutionem quamlibet.

¶ Finita confeſſione imponat confeſſor penitentiam. Et poſtea dicat ſequen-
tia verba: ita ꝙ pro penitens valeat intelligere.

¶ AUCTORITATE mihi tradita ⁊ ex officio meo: ac eo modo quo me
lius poſſum: diſpenſo tecum ſuper reſiduū penitētie: ſi maior erit tibi impo-
nēda. Et volo vt omnia bona que feceris ⁊ mala que perpeſſus fueris ꝓpter
deum ſint meritoria: velut penitētia impoſita ad remiſſionem pene debite pro
tuis peccatis: pro quibus etiam ſatiſfiat ex meritis paſſionis chriſti ⁊ omniū
ſanctorum. Et poſtea ſubiungat confeſſor.

¶ Miſereatur tui. ⁊c. Indulgentiam. ⁊c. Dñs noſter ieſus chriſtus qui eſt ve
rus ⁊ ſummus pontifex: ⁊ pro te natus ⁊ paſſus eſt: ipſe te abſoluat: ⁊ ego au-
ctoritate ipſius ⁊ beatorum apoſtolorum eius petri ⁊ pauli ⁊ ſancte romane ec
cleſie: ac poteſtate mihi commiſſa ⁊ tibi pro hac vice conceſſa a dño papa: cu-

ſus vices in hac parte gero: te abſoluo ab omni ſententia generali: vel ſpeciali a iure: vel ab homine promulgata: ⁊ ab alio quocunq; vinculo excõmunicationis. Et diſpenſo tecum ſuper quibuſcũq; irregularitatibus: ex quibuſcunq; cauſis eas contraxeris (homicidij voluntarij ⁊ mutilationis membrorum: ac bigamia duntaxat exceptis.) Et in his ⁊ in omnibus alijs quibꝰ indigeas: reſtituo te ad ſtatum priſtinum in quo eras anteq̃ huiuſmodi incurreres. In nomine patris ⁊ filij. ⁊c.

¶ ITEM eadem auctoritate ego te abſoluo plenarie ab omnibus peccatis tuis ſpecialiter: aut generaliter confeſſis cũ circũſtantijs eorum: quomodocũq; ⁊ qualitercũq; offendiſti deũ creatorem tuũ: animam tuam: ⁊ proximũ tuum ⁊ regulam tuam. Et de omnibus ipſis: auctoritate ſupradicta ⁊ ex ſpeciali gratia tibi conceſſa ⁊ mihi cõmiſſa a dño papa: cõcedo tibi indulgentiã plenariam omnium penarum in preſenti vita: vel in purgatorio pro peccatis tuis debitarum: inquãtum poſſum ⁊ valeo: ⁊ auctoritas tibi cõceſſa ⁊ mihi cõmiſſa ſe extendere poteſt. In nomine patris. ⁊c.

Abſolutio quoad ſeculares.

¶ Diſtinctio materie abſolutionis infra poſite.

Collector. **Circa** abſolutiones perſonarũ ſecularium per fratres minores fiẽdas: ſunt multa ⁊ varia ordinata ⁊ conceſſa: que vt melius intelligi ⁊ memorie cõmẽdari valeãt: ſubſequẽti ordine diſtingunt̃. Primo nãq; ponũtur ea que generaliter cõcernunt ꝯfeſſoꝝ auctoritatẽ: ſeu facultatẽ: tã ratione inſtitutionis a prelatis ordinis facte: q̃ preſentationis que prelatis eccleſiaſticis fieri debet: ſeu licẽtie que ab eiſdem prelatis: ſeu legatis ſedis aplice obtinere ꝯtigerit. Scdo addũtur alia que cõceſſa ſunt reſpectu abſolutionũ a caſibus reſeruatis epiſcopis vel pape. De pdictis aũt duobus ponunt̃ etiã aliqua notabilia infra in dictiõe. Cõfeſſiones ⁊ ꝯfeſſores. Tertio ſuperaddũtur nõnulla que aliqui ſummi põtifices decreuerũt ꝯtra quoſdã aduerſarios religioſoꝝ: qui aliquos errores dixerũt in materia huiuſmodi abſolutionem.

¶ Abſolutio generaliter quoad ſecularis. Primo.

1 Licẽtia audiẽdi cõfeſſiones. **Alexander.** 4. conceſſit ꝙ de licẽtia legatorum ſedis apoſtolice: vel ordinarioꝝ locorum: poſſint fratres minores libere confeſſiones audire: ſacerdotũ parrochialium aſſenſu minime requiſito. b. fo. 16.

2 Licentia ſeu preſentatio. **Clemens.** 4. cõceſſit vt quãdo epiſcopi vel alij eccleſiarum prelati dederint fratribus minoribus facultatem audiẽdi confeſſiones ſubditorum ſuorum ⁊ vota cõmutandi: talibus prelatis decedentibus: poſſint predicti fratres vti libere predicta facultate: donec viduatis eccleſijs prouiſum fuerit de paſtore. B. fo. 29. Et ffo. 113. conce. 144.

3 Preſentatio confeſ. Pro fribus itinerãtibꝰ. **Eugenius.** 4. conceſſit oĩbus cõfeſſoribus ordinis mino. ꝙ quãdo non poſſunt cõmode ſe pſentare epiſcopis: q: ſunt itinere vel alibi: ⁊ non poſſunt petere caſus epiſcopales: eo caſu poſſint plenarie vti auctoritate epiſcopali. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 78.

4 ¶ IDEM eugenius conceſſit: ꝙ qñ fratres ſe ſemel preſentauerint epiſcopis ⁊ obtinuerint caſus ſuos: licet alibi poſtea ad habitandum ſe transferant ad tempus: ⁊ poſtea reuertãtur ad eaſdem dioceſis: non ſit neceſſarium iterato ſe pſentare eiſdẽ epiſcopis: vel caſus de nouo obtinere. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 79. Et. fff. 95. conce. 314. Preſentatio confeſſo.

5 ¶ IDEM eugenius declarauit ꝙ qñ quis tẽpore paſchali ſe reperit in aliena dioceſi: ſemper ibi intelligitur adeptum incolatũ: vt ibi confiteri ⁊ cõmunicare valeat quantumcunq; ibi paruo tempore ſteterit. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 80. Et. fffo. 95. conce. 315. Cõicare.

6 ¶ IDEM eugenius conceſſit: ꝙ vbicũq; fuerint fratres mino. (licet epiſcopi ſint ſimoniaci: etiam in officio ⁊ beneficio) poſſint fratres vti ſuis caſibus ac ſi tales epiſcopi non eſſent ſuſpenſi: ex quo tollerantur ab eccleſia. o. fffo. 101. conce. 403. Simonia. Caſus epi.

7 **Nicolaus.** 5. conceſſit fratribus mino. obſer. auctoritatem audiendi in confeſſionibus omnes quarũcũq; dioceſuz. Et ĩ illis extraneos ac forenſes abſoluendi: etiam a caſibus quos dioceſani locorum in quibus fratres ad hoc deputati fuerint: duxerint committẽdos. B. fo. 30. Et ff. 114. conce. 249. Et fff. 58. conce. 159. Licẽtia pro oĩbꝰ etiã forenſibus.

8 **Sixtus.** 4. fecit eãdem conceſſionem per cõſimilia verba nil penitus immutando. B. fo. vbi ſupra. ⁊ ꝯce. immediate ſequẽtibus in eiſdem libris preallegatis. Et poſtea Leo. 10. hec idem confirmauit ⁊ de nouo conceſſit. O. fff. 58. conce. 159.

9 ¶ IDEM ſixtus conceſſionem prefatam reiterauit ſubſequentibus verbis. Conceſſit nãq; ꝙ fratres mino. obſer. preſentes ⁊ futuri: poſſint audire confeſſiones ſecularĩu vndecũq; venientium: ea auctoritate quam habẽt ab epiſcopo in cuius dioceſi exiſtũt. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 111. ¶ Quo ad hmõi conceſſionẽ: vide infra. §. 17. vbi magis ample ꝯceſſuz eſt fratribꝰ carmelitis. Licẽ. p oĩbꝰ etiã forẽſibꝰ Collector.

10 ¶ IDEM conceſſit: ꝙ confeſſores noſtri dum ſunt in itinere ⁊ requirũtur: poſſint audire confeſſiones ſicut parrochiani: ⁊ ſi non fuerint preſentati ſm formã clementine. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 113. Pro fra. iti. Preſẽ. ꝯfeſ.

11 ¶ IDEM ſixtus cõceſſit: ꝙ fratres mi. debite preſentati: vel gratioſe a prelatis recepti: poſſint extra ſuã dioceſim ſubditos illorũ audire: cum hoc poſſint curati de iure. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 128. Et fff. 96. conce. 335. Preſẽ. ꝯfeſ. Pro fra. iti.

12 ¶ IDEM ſixtus declarauit: ꝙ licentia prelatoꝝ ecclie de qua in ſupradictis conceſſionibus fit mentio: eſt illa quã ordinarij preſentatis ad cõfeſſiones audiendas: dare ſunt aſtricti. B. fo. 98. Et ffo. 181. conce. 439. Licẽ. plato. Preſẽ. ꝯfeſ.

13 **Innocentius.** 8. cõceſſit certam formã preſentationis epiſcopis faciẽde p fratribꝰ cõfeſſoribus modo ſubſcripto qui talis eſt. ſ. ꝙ guardianus loci noſtri vel ciuitatis: omni anno ſemel ſe repreſentet epiſcopo vel eius locũ gerẽti in ſpiritualibus: vel mittat aliũ fratrẽ pro ſe ⁊ dicat eidẽ epiſcopo reuerẽdiſſime dñe: ecce me pſento. Reuerẽdiſſime dñationi veſtre: pro me ⁊ oĩbus cõfeſſoribus deputatis ⁊ deputãdis a noſtro prouinciali: pro audiẽdis cõfeſſionibus veſtroꝝ ſubditoꝝ: petendo humiliter vt dignemini eſſe contẽtus: vt cũ veſtra benedictione ipſos audiant in ꝯfeſſione ⁊ abſoluant. Et ſi quid auctoritatis veſtre: circa caſus vobis reſeruatos velitis: nobis ꝯcedere dignemini. Et ſimiliter circa votorum diſpenſationem. Ac etiam dignemini nos auiſare: ſi quid habeamus facere pro ſalute animarum Forma pſentatiõis ꝯfeſſoꝝ quolibȝ anno fiẽda.

veſtre dñationi cõmiſſaꝝ. Quo facto: ſiue cõcedat ſiue deneget: prefatus ſan-
ctiſſimus dñs Innocẽtius.8. cõceſſit ꝙ ſtatim cõfeſſores predicti: habeãt au-
ctoritatẽ omnẽ abſoluendi ab omnib⁹: exceptis caſibus de iure reſeruatis epi
ſcopo vel pape. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 153. Et fffo. 98. conce. 352.

14 **Leo.** 10. cõceſſit ꝙ fratres mi. q̃ audiũt ↄfeſſiones: abſoluẽdo in foro cõ-
ſciẽtie excõicatos: nõ teneãtur ſeruare formã q̃ obſeruat in publi-
cis abſolutionib⁹. ſ. flagellationẽ cũ ps. Miſerere mei ⁊c. Et ꝙ tpe interdicti
poſſint abſoluere a cẽſuris i foro cõſciẽtie illos q tũc ↄfitebũtur pctã ſua: niſi
tale cẽſure eſſent ex quib⁹ hmõi interdictũ emanaret. O. fffo. 56. cõce. 174.

15. al's. 13. ¶ IDEM leo in cõcilio lateranenſi ſtatuit: ꝙ ſuperiores fratrũ mẽdicãtiũ:
teneãtur oĩno fratres quos ad audiẽdas cõfeſſiones ſubditorũ prelatoꝝ eccſia-
Preſentatio ſticoꝝ pro tpe elegerint: eiſdẽ prelatis pſonaliter exhibere ac preſentare (ſi eos ſi-
confeſſoꝝ. bi exhiberi ⁊ preſentari petierint) alioquin eoꝝ vicarijs (dũmodo ad prelatos
vltra duas dictas accedere nõ cogãtur.) Et ꝙ poſſint predicti fratres p eoſdẽ
Examiatio epiſcopos ⁊ platos: ſup ſufficiẽti literatura: ⁊ aliqua ſaltem hmõi ſacramẽti
confeſſoꝝ. peritia dũtaxat examinari. Statuit etiam ꝙ talibus preſentatis ⁊ amiſſis: vel
etiam indebite recuſatis cõfitentes: cõſtitutioni que incipit. Omnis vtriuſqȝ
Licentia p ſexus (quoad confeſſionem dũtaxat) ſatiſfeciſſe cenſeantur. Ipſiqȝ fratres etiã
forenſibus. forenſiũ confeſſiones audire valeant: laicos tamen ⁊ clericos ſeculares: a ſen-
tentijs ab homine latis: nullatenus abſoluere poſſint. B. fff. 25. conce. 72.

Collector. ¶ Aduertendum eſt circa predicta: ꝙ per eũdem Leonẽ. 10. fuit poſtea cõceſ-
ſum ordini noſtro mino. ꝙ in foro ↄſciẽtie poſſimus vti noſtris ꝑuilegijs: ſi-
cut ante cõcilium lateranenſe poteramus: non obſtantibus quibuſcũqȝ in di-
cto cõcilio ordinatis ⁊ determinatis aliter vel in cõtrarium diſponẽtibus: vt
habetur in regiſtro ordinis in actibus reuerẽdiſſimi patris fratris Frãciſci li-
cheti miniſtri generalis. De quo vide infra in dictione. Conciliũ. §. 7. Et ideo
quo ad foꝝ cõſcientie nõ tenemur ad ſtatuta in prefato ↄcilio: nec adhuc forte
in foro exteriori: ſicut infra declarabitur: in dictione. Priuilegia: prope finẽ.

¶ Sequũtur nõnulla alia ptinẽtia ad cõfeſſiones ſeculariũ: ex alioꝝ fratruȝ
mẽdicãtiũ ꝑuilegijs extracta. Et primo ea q̃ tãgũt directe fratres ꝑdicatores.

16 **Sixtus.** 4. conceſſit vt vicarius generalis fratrũ ordinis predicatorũ
Ex priui. fra regnoꝝ caſtelle ⁊ legionis: in qualibet domo dicti ordinis ei
trũ ꝑdicato. ſubiecta: vbi eũ pro tpe morari ↄtigerit: ac in eius abſentia ſinguli ꝑores ſiue
Particu. p preſidẽtes ſingulariũ domoꝝ dicti ordinis: nũc ⁊ pro tpe exiſtẽtes: ac quatuor
regniscaſtel. dicti ordinis ↄfeſſores pſbyteri idonei p vicariũ ⁊ ſingulos priores ſiue pſidẽ-
Deputatio ti ꝑdictos in ſingulis diebus deputãdi: poſſint cõfeſſiones vtriuſqȝ ſexus xpi
quatuor ↄfe. fideliũ forẽſium ad ſingulas domos predictas occurrentiũ: ⁊ ibidẽ ꝓpriuȝ do-
micilũ non habentiũ: ac inibi cõfiteri volẽtium totiẽs quotiẽs ibidem confi-
tebuntur: libere audire ⁊ eos ab oĩbus ⁊ ſingulis peccatis: exceſſibus: ⁊ deli-
Excõicatio. ctis per eoſdẽ cõmiſſis ac ↄfeſſis: necnon excõmunicationũ ſentẽtijs ⁊ penis:
in ſingulos fideles ꝑdictos: in genere vel in ſpecie ordinaria auctoritate latis:
de qbus ipſi fideles ſe abſolui petierint (dũ tñ talia non ſint propter que ſedes
Cõmutatio aplica merito ſit cõſulẽda) in loci ordinarij abſentia dũtaxat abſoluere: ⁊ eis
votorum. ſup premiſſis penitẽtiam ſalutarẽ iniũgere: ac vota peregrinatiõis ⁊ abſtinen-
tie: p eoſdẽ fideles emiſſa: que loci ordinarius ſi pſens eſſet cõmutare poſſet: ⁊
ipſi fideles cõmode adimplere nõ potuerũt (in ipſius loci ordinarij abſentia)

in alia pietatis opera cõmutare. Necnon oĩbus ⁊ ſingulis chriſtifidelib⁹: tam
forẽſibus q̃ȝ in ciuitatibus ⁊ locis in quib⁹ ipẽ dom⁹ conſiſtunt cõmorãtib⁹:
euchariſtie ſacramentũ quocũqȝ tẽpore (feſto reſurrectionis dũtaxat excepto)
eorũdem fidelium: parrochialiũ eccleſiaꝝ rectoꝝ abſentiũ ⁊ quorũlibet alioꝝ Euchariſtia
licentia minime requiſita: miniſtrare libere ⁊ licite poſſint ⁊ valeant: parce ta-
men: ne querele inde eueniant. B. fo. 44. ⁊ ffo. 128. conce. 287.

¶ Aduerte ꝙ eadẽ auctoritatẽ habẽt ꝓuinciales ⁊ guardiani ſiue pſidẽtes do- Collector.
morũ fratrũ mi. ⁊ quatuor cõfeſſores p eos aſſignãdi: vt ꝑdictũ eſt. Et hoc i re-
gnis pfatis ⁊ nõ alibi: virtute cõicationis ſpecialis q̃ habet infra i dictiõe. Cõi-
catio priuilegiorũ. §. 9. ⁊. 10. ¶ Ex priuilegijs fratrũ auguſtinenſium.

Bonifacius. 8. ꝓhibuit diſtricte: ne qs: fratres ordinis heremita- 17
rũ ſancti auguſtini qbus officia ꝑdicãdi vel ↄfeſſio- Prohibitio.
nes audiẽdi a platis ordinis cõmiſſa fuerit: executionẽ officioꝝ ipoꝝ audeat
quolibet ipedire. B. ffo. 244. ↄce. 589. ¶ Ex ꝑuilegijs fratrũ carmelitarũ.

Urbanus. 4. cõceſſit fratribus carmelitis: vt de licẽtia prelatorum 18
eccleſie: poſſint audire ↄfeſſiones omniũ chriſtifideliũ:
cauſa deuotionis ad eos recurrentium: niſi talia cõmiſiſſent propter que eſſet
ſedes apoſtolica merito cõſulenda. B. fo. 85. ⁊ ffo. 168. conce. 392.

¶ Aduerte ꝙ ſixtus declarauit ꝙ licẽtia de qua in hmõi cõceſſione fit mẽtio Collector.
intelligatur ita ꝙ. ſ. prefati confeſſores ſint preſentati: ſcdm formam iuris.

¶ Quo ad ſupraſcriptã cõceſſionem vrbani: eſt aduertẽdũ ꝙ virtute illius vi- Collector.
ſum eſt multis ꝙ valeãt fratres cõfeſſores debite pſentati abſoluere a caſibus
reſeruatis epis. Sup quo ego conſului aliquos iuriſperitos: ⁊ i reb⁹ attinẽti-
bus ad religioſos valde doctos: ⁊ reſponſio vltimata fuit talis: ꝙ. ſ. ſi fratres
carmelitani qbus directe facta eſt ꝑdicta ↄceſſio. vſi ſunt ⁊ vtunt illa ꝑut lra
eius ſonat: ꝙ ſimilr poterũt vti illa alij fratres mẽdicãtes: rõne cõicationis ꝑui-
legioꝝ. Sed ꝙ ſi illi non habẽt in vſu: tũc nec ipſi nec alij mẽdicãtes poſſunt
vti ea: etiã ſi habeãtur noue ↄceſſiões ꝑuilegioꝝ ꝑut haberi ſolẽt. Et ideo opor-
teret ſcire ab aliqb⁹ viris doctis pfatoꝝ fratrũ carmelitanoꝝ qualr circa ꝑdi-
ctam ↄceſſionẽ ſe habuerint ⁊ habeãt. Aliter aũt vti ſupradicta ↄceſſione eſſet
temerarium valde. ¶ Ex priuilegijs fratrũ minimorum.

Sixtus. 4. cõceſſit fratrib⁹ ordi. minimoꝝ auctoritatẽ ↄfeſſiões audiẽ- 19
di: ⁊ ab oĩb⁹ caſib⁹ excõicationis: ſuſpẽſionis: interdicti ac Excõicatio.
ſup quacũqȝ irregularitate: ordinario (tam a iure q̃ȝ ab hoĩe) reſeruatis: totiẽs Diſpenſatio
quotiẽs opus fuerit: abſoluẽdi ⁊ diſpẽſandi: ac vota quecũqȝ ꝑmutãdi ⁊ rela-
xandi ⁊ penitẽtiã ſalutarẽ iniũgendi: ſicut poteſt dioceſanus. B. fffo. 5. ↄce. 8.

¶ Aduerte ꝙ vtrum predicta conceſſio ſit itelligẽda reſpectu fratrũ dũtaxat Collector.
vel etiã ſeculariũ: nõ poteſt clare elici ex litera: ꝓpter quod oporteret conſulere
aliquẽ fratrem doctũ minimoꝝ: ad ſciendum qualiter ipſi illam intelligunt ⁊
ea vtuntur: nam aliter vti illa quoad ſeculares: non eſſet ſecurum.

¶ Abſolutio ſpal'r de caſib⁹ reſeruatis quoad ſclares. Scdo.

Benedictus. 11. in extrauagãti q̃ icipit. Inter cũctas 1
ſtatuit ꝙ fratres confeſſores ordinũ ꝑdi- Pro fra. pre-
catorũ ⁊ minorũ: nullatenus ſe intromittant de caſibus epiſco- di. ⁊ mino.
pis ⁊ ſuperioribus reſeruatis: quos ipſe annotauit modo ſubſe-
quenti dicens. Obſeruent dicti fratres: ne ad confeſſionem re-

Caſus reſer | cipiant crimínoſos criminibus pro quibus eſſet ſolēnis penitētia indicenda.
uati epis de | Modo eodē excōmunicatos reſpuant: ⁊ clericos qui propter delictū irregula-
iure. | ritatem aliquā incurrerint. Incēdiarios etiā: eoſq́ʒ qui tam enormibus ſunt
irretiti peccatis: ꝙ ea rationabilis cōſuetudo pſcripta canonice: in epiſcopati
bus aliquibus reſeruauit epiſcopis: ſimiliter nō admittant. Quā conſuetudi
Caſus reſer | nem ex cauſa que iuſte ad id animū noſtrū mouet: ſolūmodo circa volunta-
uati epis de | rie homicidas: falſarios eccleſiarū imunitatis ⁊ libertatis eccleſiaſtice violato-
cōſuetudine | res ⁊ ſortilegos approbamus. B. fo. 126. Et ffo. 203. conce. 504.
Collector. | ¶ Aduertēdū eſt circa pdicta: ꝙ licet bulla in qua ſupraſcripta ꝯtinentur fue
rit reuocata per clementinā Dudū de ſepulturis: tamē poſtea Sixtus. 4. con-
ceſſit: vt quo ad caſus reſeruatos epis qui ibi ſunt expreſſi: maneat in ſuo vi-
gore. Et circa huiuſmodi caſus: vide infra poſt. §. 12. ⁊ bene conſidera. Uide
etiam circa huiuſmodi materiam abſolutionum: ⁊ quoad validitatem predi-
cte extrauagantis: infra in dictione. Confeſſiones. §. 2. cum ſua additione.
2 | **Eugenius.** 4. conceſſit ꝙ fratres mino. non teneātur facere cōſciē-
tiam de decimis in cōfeſſionibꝰ: niſi quādo fuerint re-
quiſiti ab ordinarijs. Et tunc ſufficit dicere: facio tibi conſcientiā: ⁊ inducere
peccatorē quantū poteſt ad ſoluendū: nō tñ propter hoc retineāt abſolutionē.
Collector. | o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 87. ¶ Aduertēdū eſt ꝙ ſupraſcripta ꝯceſſio: reperit
ſub alio tenore i ſupplemēto pͥuilegioꝝ. Et iō ꝓut illic habetur ſubſcribit hic.
Decime. | ¶ IDEM eugenius: conceſſit ꝙ fratres mi. omittentes facere conſcientiam
de decimis: ſi non fuerint requiſiti a parrochialibꝰ: nō cadāt in excōicationē
Excōicatio. | Et ꝙ vbi eſt cōſuetudo ꝙ detur ꝓ decima: de viginti vel triginta aut quadra
ginta: vnū: id intelligatur pro ſolutiōe decimarū. Et ꝙ vbi nō eſt cōſuetudo
decimandi: inducāt fratres ad decimandū: ⁊ ſi noluerint: non ꝓpter hoc dene
gent abſolutionē: niſi ſacerdos ꝓprius reclamaret. o. ffo. 101. conce. 404.
Collector. | ¶ Circa hoc vide determinationem concilij Lateranenſis infra. §. 13.
3 | ¶ IDEM eugeniꝰ declarauit ꝙ recipiētes pedagia a clericis: vbi eſt conſue-
Exactiones. | tudo: ciuitas nō icidat in interdictū. Et ꝙ ipi cōfeſſores iducāt ad reſtitutionē
Interdictū. | ⁊ abſoluāt: ni ſi caperēt clericos pſonalr: vel detinerent. o. ffo. 101. ꝯce. 406.
4 | ¶ IDEM eugenius conceſſit: ꝙ attento ꝙ ſit conſuetudo: ſcilʒ in aliqbus
Exactiones. | partibus: ſolui gabellas ⁊ datia: per eccleſiaſticas perſonas ⁊ ſacerdotes ſecu-
lares: non ꝓpter hoc fratres retineant eis abſolutionem. ſ. qui pdictas exactio
nes faciunt: non obſtante. c. q̃ʒq̃ʒ de viſuris. lib. vj. o. ffo. 102. conce. 46.
5 | ¶ IDEM eugenius conceſſit: ꝙ fratres confeſſores poſſint abſoluere de ſi-
Simonia. | monia: niſi ſit in ordine vel beneficio. o. ffo. 102. conce. 420.
6 | **Sixtus.** 4. propter diuerſitates opinionū: confirmauit caſus epiſco-
Caſus reſer | pales tam de iure q̃ʒ de cōſuetudine: quos poſuit Benedictꝰ
uati. | xj. in ſua extrauaganti que incipit. Inter cūctas. o. fo. 64. Et ffo. 68. cōce. 128.
Collector. | Et ffo. 96. ꝯce. 334. ¶ Aduerte ꝙ huiuſmodi caſus ſunt poſiti ſupra in. §. j.
7 | ¶ IDEM Sixtꝰ conceſſit: ꝙ ꝯfeſſores nr̃i ordinis: poſſit abſoluere excōica
Caſus reſer | tos per ꝓceſſum annualē. ſ. q ſit in die cene dn̄i: propter incurſum vel inuaſio
uati pape. | nē factā i terris ecclie: directe vel idirecte: dūmō nō ſint pͥncipales in dādo ꝯſi
liū vel auxiliū talia faciētibꝰ. o. fo. 64. ⁊ ffo. 68. ꝯce. 140. Et ffo. 97. ꝯce. 342.
Collector. | ¶ Aduerte ꝙ iſta cōceſſio: ꝑ mortē ꝯcedētis videt expiraſſe: q2 tāgit caſus ꝯtē
tos i bulla cene dn̄i. Circa qđ vide ſupra i di. abſo. ordi. quoad fr̃es poſt. §. 9.

¶ IDEM Sixtus cōceſſit: ꝙ omnes tam viri q̃ʒ mulieres intrātes monaſte | 8
ria monialiū ſancte Clare ⁊ ſancti dominici: ignorāter ⁊ ſine dolo: poſſint ab | Pro mona-
ſolui a confeſſoribus monialiū. Poſtea idem addidit: ꝙ mulieres oēs poſſint | ſterijs moni.
abſolui ab omnibus cōfeſſoribus nr̃is: etiam ſi malicioſe ⁊ ex malo animo in | Caſꝰ reſuati
traſſent. o. fo. 64. ⁊ ffo. 68. conce. 138. ⁊ ffo. 96. conce. 330. ⁊. 339.
¶ IDEM ſixtus iterum conceſſit: ꝙ ꝯfeſſores monialium ſancte Clare poſ | 9
ſint abſoluere a ſententijs latis: eos qui non malicioſe ſed ex quadam leuitate | Pro mona.
ſeu curioſitate intrauerint earum monaſteria: vel quarūcūqʒ aliarum religio- | monialium
ſarum incluſarum. Et hoc tam actiue q̃ʒ paſſiue. o. fo. 64. ⁊. ffo. 68. cōce. 138. | Caſꝰ reſuati
Et ffo. 96. conce. 339. | Pro ꝯf. mo.
¶ IDEM ſixtus conceſſit: ꝙ confeſſores noſtri poſſint abſoluere oēs confi- | 10
tentes ab omnibus ſacrilegijs: dummodo fiant cum ſacris: ita ꝙ ſcandala ori | Caſꝰ reſuati
rentur ſi fratres abſoluerent. o. ffo. 102. conce. 411.
Innocentius. 8. conceſſit: ꝙ cōfeſſores debite preſentati poſſint | 11
diſpēſare in omnibus votis in quibus poſſint epi | Diſpenſatio
ſcopi: exceptis votis peregrinationis vltra duas dictas. o. fo. 65. ⁊. ffo. 69. cō- | votorum.
ce. 155. Et ffo. 98. conce. 353.
¶ IDEM innocentius declarauit ꝙ quo ad primū caſum de iure reſerua- | 12
tum ab epiſcopis: intelligatur ſm opinionē innocētij ⁊ hoſtienſis: ſcilʒ ꝙ ſolū | Excōicatio.
eſt hodie vna excōicatio que de iure epiſcopis reſeruatur. ſ. iniectio violēta in
perſonam eccleſiaſticam in caſibus: in quibus pertinet ad epiſcopū. Et ideo i
alijs que ſunt de iure ⁊ non reſeruantur pape: poſſunt cōfeſſores predicti abſol | Caſus reſer
uere. Et ſimiliter ab hominibus excōmunicationibus per ſtatuta prouincialia | uati epis.
⁊ ſinodalia promulgatis: que ipſi conditores ſpecialiter ſibi vel alteri non re-
ſeruauerunt: quando ſtatutum fecerunt. o. fo. 65. ⁊ ffo. 69. cōce. 154. Et ffo.
98. conce. 355.
¶ Circa predicta oportet vt prudens lector aduertat: ꝙ huiuſmodi conceſſio | Collector.
fuit impetrata per bone memorie reuerēdū patrem fratrem Angelum de cla-
uaſio: qui edidit illud inſigne opus: ſumma angelica appellatū: ⁊ ideo cōfor-
miter ad ea que ipſe poſuit in predicta ſumma in dictiōe. Caſus reſeruati epi-
ſcopis: nominauit in prefata cōceſſione primū caſum de iure reſeruatum epi-
ſcopis: licet aliqui aliter ordinent predictos caſus: preſertim Benedictus. 11.
vt poſitum eſt ſupra in hac dictione. §. 1. Ac etiā Antoninus in ſuo tractatu i-
titulato defecerunt. ¶ Aduertere etiā oportet: ꝙ virtute ſupraſcripte cōceſſio-
nis innocentij non excluduntur alij caſus reſeruati epiſcopis: numerati ſupra
in conceſſione Benedicti. 11. §. 1. preſertim illi quibus non eſt adiūcta excom
municatio: prout aliqui ⁊ male opinati ſunt. ¶ Inſuper ex omnibus prefatis | Caſus reſer
cōceſſionibus colligant fratres cōfeſſores: per prelatos deputati ad audiēdas | uati epis.
confeſſiones: quomodo poſſunt audire omnes volentes ei confiteri. Quia ſi
ſunt in via vbi non poſſunt ſe repreſentare epiſcopis: ⁊ requiruntur: poſſunt
audire confeſſiones ⁊ habent auctoritatem abſoluendi (exceptis caſibus epi-
ſcopis de iure reſeruatis) per conceſſionē Sixti ſupra poſitam in precedenti di | Epillogatio
ctione. ſ. Abſolutio generaliter quoad ſeculares. §. 9. Si vero ſint extra dioce | ſupradicto-
ſim: ⁊ vadunt ad eos: ad loca noſtra pro confitendo: poſſunt abſoluere eos ſi- | rum.
cut poſſunt alios de illa dioceſi: per aliam conceſſionem Sixti. 4. poſitā vbi
ſupra. §. 10. Si autē ſunt in dioceſi: poſſunt eos abſoluere ab omnibus a qui-

bus poſſint epiſcopi:exceptis caſibus de iure reſeruatis:qui ſolum ſunt ſupra
poſiti a Benedicti.xi.vt patet ſupra in hac dictione.§.primo.
13 **Leo.** 10.in concilio lateranenſi ſtatuit ꝙ fratres cõfeſſores teneãtur hor-
tari ⁊ monere:etiam ſub onere conſcientiarum ſuarũ:illos quoꝝ
confeſſiones pro tempore audierint:cuiuſcũqȝ ſtatus ⁊ cõdicionis fuerint:ad
Decime. ſoluẽdum decimas ſiue aliam bonorum ſeu fructuum quotam:in locis in q-
bus decime ipſe:aut ſimilia ſolui conſueuerunt:ipſiſqȝ etiã illas ſoluere recu
ſantibus:abſolutionem denegare teneantur.B.ffo.26.conce.82.
14 ¶ IDEM leo conceſſit:ꝙ infringentes: vel aliquam violẽtiam in eccleſijs
Excõicatio. vel locis fratrum mi.facientes:ab excõmunicatione propter hoc incurſa:poſ
Caſus reſer ſint a prelatis dicti ordinis in foro conſcientie abſolui:licet antea nõ poterant
uati. huiuſmodi delinquentes abſolui niſi a papa vel a conſeruatoribus dicti ordi
dinis.O.ffo.61.conce.186.

¶ Circa abſolutionis materiam:

reprobatio errorum.

1 In fauorem fratrũ pdicatorum ⁊ mi. **Alexander.** 4.reprobauit errores quorũdam magi-
ſtrorũ aſſerentiũ: ꝙ fratres minores ⁊ p-
dicatores de licentia pape aut dioceſanorum:non poterant cõ-
feſſiones audire.b.fo.24.Et ffo.25.conce.15.
2 In fauorem fratrũ cõfeſ. **Clemens.** 4.reprobauit prefatos errores ⁊ conceſſit ſicut alexander
4.ꝙ fratres de licentia legatorum ſedis apoſtolice vel or
dinariorum:⁊ multo amplius ſummi pontificis:poſſint audire confeſſiones
⁊ abſoluere:aliorum inferiorum prelatorum ⁊ rectorum eccleſiarum aſſenſu
nullatenus requiſito:exceptis caſibus qui de iure vel conſuetudine legatis ⁊
ordinarijs predictis ſpecialiter reſeruantur:niſi eis ſpecialiter cõmittãtur.b.
fo.29.Et ffo.29.conce.26.
3 **Joannes.** 22.dãnauit ⁊ reprobauit quoſdam articulos Joannis de
poliaco:aſſerentis ꝙ confeſſi fratribus habentibus licen
In fauorem fratrũ cõfeſ. tiam generalem audiendi confeſſiones:tenebantur iterum confiteri eadẽ pec-
cata ꝓprio ſacerdoti parrochiali.Et ꝙ ſtante decretali.Omnis vtriuſqȝ ſexus
non poterat ſummus pontifex facere(immo nec deus)quin parrochiani tene-
rentur confiteri eadem peccata ſemel in anno proprio ſacerdoti:ac etiam qd
papa nequibat dare licentiam generalem ad hoc.Prohibuitqȝ prefatus pon-
tifex: ne quis dictos articulos per ipſum damnatos ⁊ reprobatos tenere au-
deat: ſeu quomodolibet defenſare: ſeu docere.Et declarauit qd illi qui predi-
ctis fratribus confitentur:non magis teneantur eadem peccata confiteri:
qȝ ſi alias illis fuiſſent confeſſi eorum proprio ſacerdoti.B.fo.36. Et ffo.119.
conce.259.
4 Cõfirmatio ſupradictaꝝ cõceſſionũ. **Calixtus.** 3.fecit magnam prouiſionem contra errores ſupradictos
Joannes de poliaco:confirmando bullas Eugenij.4.⁊
Nicolai.5.approbantes conſtitutionẽ.Super cathedram.Bonifacij.8.⁊ re-
probantes errores ſuper illam exortos:circa confeſſiones ⁊ abſolutiones.B.
fo.82.Et ffo.165.conce.390.
5 **Sixtus.** 4.auctoritatem procedendi per Joannem.22.⁊ Eugenium
4.datam ordinarijs contra aſſertores ꝙ cõfeſſi fratribus te-

nebantur iterum eadẽ peccata confiteri proprio ſacerdoti parrochiali: extẽdit Inqſitores
ad inquiſitores heretice prauitatis.B.fo.61.Et ffo.144.conce.353. hereticorum
¶ Attende ꝙ nonnulla alia ad materiam abſolutionum pertinentia: ponun- Collector.
tur infra in dictione Confeſſiones ⁊ Confeſſores.Uide ibi.

Accedere ad monaſteria monialium.

Nicolaus. 3.cõceſſit fratribus mi.vt ad loca vbi ſecu- 1
lares hoĩes cõueniũt in monaſterijs monia- Predicatio.
lium:poſſint illi fratres cauſa pdicationis:vel elemoſine petẽ-
de:accedere:qbus id a ſupiorib9 ſuis ꝓ ſua fuerit maturitate
vel idoneitate cõceſſum.Exceptis ſemp monaſterijs monialiũ Elemoſina.
incluſaꝝ.ſ.ſancte Clare:ad que nulli datur accedẽdi facultas:
ſine ſedis apoſtolice licẽcia ſpeciali.In declaratiõe regule.Exijt qui ſeminat:
que habetur.B.2.tractatu.fo.10.Et.b.ffo.11.tractatu.2.
Eugenius. 4.cõceſſit ꝙ fratres mi.ob.poſſint intrare ad loca qua- 2
rũcũqȝ monialium:vbi ſeculare cõmuniter intrant: de Cõceſſio pro
licentia ſuorum platoꝝ quando mittuntur.o.ffo.261.conce.675. oib9 mona.
Nicolaus. 5.conceſſit fratribus mino.ꝙ poſſint intrare ⁊ predicare 3
in eccleſijs ⁊ locis monialiũ ſancte Clare ⁊ aliarum qua- Predicatio.
rũcũqȝ:vbi ſeculares cõmuniter intrant:de licẽtia ſuorum prelatorum quan-
do mittuntur.o.ff.65.conce.88.Et fffo.99.conce.366.
¶ Aduerte ꝙ hec conceſſio videtur ſolum eſſe pro predicatoribus:quia dicit Collector.
intrare a predicare.i.ad predicandum.
Pius. 2.ad inſtar Nicolai.5.conceſſit:fratres poſſe predicare ⁊ intrare 4
in locis quarũcũqȝ monialium:vbi ſeculares cõmuniter intrãt Predicatio.
de licentia ſuorum prelatorum quando mittuntur.o.ffo.66.conce.94.
Sixtus. 4.cõceſſit ꝙ fratres mi.poſſint ire de licẽtia ſuorum platorũ: 5
ad eccleſias ⁊ loca vbi habitãt fratres deputati ad regimen mo
nialium.o.fo.63.Et ffo.67.conce.125.Et fffo.96.conce.340.
¶ IDEM ſixtus cõceſſit ꝙ fratres predicti:cauſa viſitandi reliquias ſancto 6
rum:vt caput Joannis baptiſte:ad ſanctum Siluestrum Rome:vel ſangui- Uiſitatio re-
nem ſancti Fräciſci aſſiſij:⁊ hmõi:de licẽtia guardiani illius loci:aut alterius liquiarum.
prelati ordinis:poſſint dũtaxat accedere ad eccleſias monialiũ ſancte Clare: ⁊
etiam pro temporum ſtationum ⁊ generalium proceſſionum.o.ffo.68.conce. Proceſſiões
141.Et fffo.96.conce.323.
¶ IDEM ſixtus cõceſſit ꝙ fratres mino.poſſint de licẽtia ſuorum prelatoꝝ 7
accedere ad loca monialiũ ſancte Clare ⁊ ſancti Dominici: ad que ſeculares Cõce.ſpe.p
accedunt:pro elemoſina petenda:⁊ cauſa celebrandi:⁊ pro alijs licitis ⁊ hone mciũ.s.cla.⁊
ſtis.o.ff.69.conce.142.Et fffo.100.conce.388. ſancti dñici.
Alexander. 6.conceſſit ꝙ prouinciales poſſint licẽtiare fratres: ad 8
alia monaſteria qȝ ſancte Clare:nõ ſolũ cauſa elemoſi- Cõceſſio pro
ne petẽde vel predicationis faciende:ſed etiã pro ſpirituali viſitatione cõſan- oibus mo.q
guinearum vel alia neceſſitate.Intelligendo ſemper de locis ad que ſeculares nõ ſunt ſan
communiter accedunt.o.fffo.99.conce.369. cte Clare.
Leo. 10.in quodam breui ſuper prefatam materiam:poſuit ſequentem 9
clauſulã.Non prohibemus tamen ꝙ fratres predicti ſcilicet mi-

nores infra limites monaſteriorum ſancte Clare: ⁊ ad loca vbi fratres eiſdem ſeruientes habitant: ⁊ alij ſeculares ingrediuntur: intrare ⁊ accedere: necnon cum eiſdem (q̄ñ opus fuerit) ⁊ cum limitationibus in capitulis veſtris ordinatis in locis in quibus relique pſone ſeculares cum eiſdem loquuntur: loq̄ poſſint. B.fff.17.conce.56. ¶ Circa predictā clauſulā eſt aduertendū ꝙ nonnulli fratres opinati ſunt: ꝙ in ea ꝯcedebatur eis amplior facultas q̃ȝ in reliquis ſuprascriptis. Attamē ſm veritatē nihil penitus in ea cōceditur nec ꝺ aliquo deſeruit: q̄z licet prefatus Leo non ꝓhibeat predictū acceſſum: prohibuit tamē Nicolaus.3. vt patet ſupra in.§.1. — *Collector.*

Collector. ¶ Pro intelligentia predictaꝝ conceſſionū que prima facie videtur continere cōtradictionē: aut ſaltē negationem ⁊ ſuperfluitatē: ſunt aliqua aduertenda. Primum eſt: ꝙ hmōi conceſſiones fuerūt a diuerſis cōmiſſarijs curie romane vel alijs fratribus ordinis impetrate: quoꝝ aliqui neſciētes ea q̄ antea fuerunt cōceſſa: procurauerūt eadē vel cōſimilia de nouo impetrare: ſeu alia circa idem latius vel ſtrictius q̃ȝ antea fuerat cōceſſum. Alterū eſt ꝙ in quinq̄ȝ vltimis cōceſſionibus eſt tanta diuerſitas: ꝙ niſi maxima cū attentiōe aſpiciantur: vix poterunt bene intelligi: niſi aduertendo ad ſequētia. ſ. ꝙ in illa que eſt Nicolai.5. ⁊ Pij.2. limitatur tacite cōceſſio antecedens Eugenij: ⁊ ſolū conceditur prelatis noſtris facultas licentiādi fratres ſuos pro predicando: cū dicat fratres poſſe intrare ⁊ predicare. i. ad predicādū: ad loca vbi ſeculares intrāt. In altera aūt que eſt Sixti datur auctoritas prelatis: vt poſſint mittere fratres ſuos ad eccleſiā monialiū ⁊ ad loca vbi habitant fratres illis ſeruiētes. Tamē de alijs locis. ſ. loquutorio. ⁊c. nihil ibi cōceditur. In alia vero q̄ etiā eſt Sixti datur predictis prelatis facultas licentiādi fratres pro tribus caſis dūtaxat. ſ. pro videndis reliquijs: ⁊ ꝓ proceſſionibus ⁊ ſtationibus. Et ſic etiaȝ iſta eſt ad eccleſiam ſolum: ſeu propter ingreſſum in eccleſiā ad tria predicta. In antepenultima vero q̄ ſimiliter eſt Sixti: ⁊ videtur generalis pro oībꝰ prelatis ⁊ cauſis licitis: reſtringitur ad monaſteria monialium ſancte Clare ⁊ ſancti Dñici. In penultima autem que eſt Alexandri.6. ⁊ eſt generalis pro oibus cauſis licitis: ⁊ ad quecūq̄ȝ monaſteria: prout in ipſa patet: ad prouinciales ſolummodo ⁊ ad monaſteria que non ſint ſancte Clare coartatur.

Reſolutio huius materie. ¶ Et ſic reſolutorie eſt notādū: ꝙ nulla cōceſſio inuenitur: qua inferiores a prouincialibus poſſint mittere vel licētiare fratres ſuos: ad alia monaſteria q̃ȝ ſancte clare ⁊ ſancti Dñici: niſi pro elemoſina petenda ⁊ ꝑdicatione facienda: put dicit Nicolaus.3. in declaratione regule: excepta conceſſione ſuprapoſita Eugenij: que tamē (vt predictū eſt) videtur limitata ⁊ reſtricta ꝑ ſubſequentes conceſſiones ſtrictas ſuoꝝ ſucceſſoꝝ. Ita ꝙ ſi abſq̄ȝ aliquo ſcrupulo vellet aliqs frater ire ad monaſteria monialium ſancti Bñdicti: vel ſancti Bernardi aut ſancti Spiritus: ſeu ſancti Jacobi: reliquarumue conſimilium que non ſunt ſancte Clare aut ſancti Dñici: pro viſitatione ſpirituali conſanguinearum vel pro alijs quibuſcunq̄ȝ cauſis neceſſarijs: excepta predicatione ⁊ elemoſine petitione: oporteret habere licentiam a miniſtro prouinciali.

¶ Aduertendum eſt etiā ꝙ in illis caſibus in q̄bus dicitur ꝙ guardiani poſſint dare licentiam ad accedendum ad monaſteria. ⁊c. poſſunt a ſuis ſuperioribus prohiberi: prout frequenter fit tam ab ipſis q̃ȝ a capitulis generalibus vel prouincialibus aut cuſtodialibus. ¶ Aduertendum eſt inſuper q̄ꝺ

Priuilegia. Collector. uilegia fratrum mino. obſer. quo ad forum conſcientie tantū: et hoc ſolū oraculo viue vocis. Sed quia huiuſmodi oraculum nō potuit haberi tēpore impreſſionis ſuplementi priuilegiorum: ideo hic ad literam ponetur: prout continetur in regiſtro ordinis facto tempore reuerendiſſimi patris fratris Franciſci Licheti miniſtri generalis: ex cuius perſona: ſic ibidem habetur. ¶ Anno domini. 1519. in vigilia viſitationis beate Marie virginis: dum eſſem in preſentia et cōſpectu ſanctiſſimi domini noſtri: Domini Leonis pape decimi: ipſe pontifex liberaliter cōfirmauit oīa p̄uilegia ordinis in foro conſcientie tātū:

ita q̃ in foro conſcientie eiſdem vti poſſumus: ſicut ante concilium Lateranēſe vltimate celebratum. Non obſtātibus quibuſcūq; in dicto cōcilio ordinatis vel determinatis aliter: vel in contrarium diſponentibus. Hec in regiſtro ordinis habentur in actis prefati reuerendiſſimi patris fratris Franciſci Licheti generalis miniſtri: ad literam.

¶ Ad ampliorē etiam certitudinē p̄fate reuelatiōis priuilegiorum noſtrorum: facit Collector.
q̃ p̄dictus reuerendiſſimus pater generalis miniſter teſtatus eſt alias ſuis lr̃is autēticis: ſe impetraſſe a p̄dicto ſanctiſſimo dn̄o Leone. 10. viue vocis oraculo q̃ fratres vtantur oībus p̄uilegijs (etiā viue vocis oraculo) ordini conceſſis: in foro cōſcientie duntaxat: etiā non obſtante vndecima ſeſſione concilij vltimi Lateranēſis. Et in fine lr̃arum teſtimonialium vbi continebatur p̄dicta cōceſſio erat poſitum. Datis in loco Ara celi. 20. Julij. 1519. Frater Frāciſcus Lichetus de Brixia generalis miniſter totius ordinis ſancti Franciſci manu ꝓpria ſubſcripſi et ſigillo maiori officij mei corroboraui.

¶ Aduertēdum eſt etiā q̃ adhuc p̄ foro exteriori: videtur reualidata nr̃a pri Collector.
uilegia: ꝓut determinauit quidā iuris doctor inſignis ſup hoc cōſultus et plene informatus. Et hoc virtute cuiuſdā breuis per eundē Leonē decimū cōceſſi fratribus ordinis p̄dicatorum: poſt p̄fatum concilium: vbi fecit eis ampliſſimā cōmunicationē omniū p̄uilegiorum: conceſſorū et concedendorum alijs fratribus mendicantibus: et motu ꝓprio illa de nouo conceſſit cum magnis non obſtātijs: ꝓut ſequuntur. Non obſtātibus quibuſcūq; apoſtolicis ſuſpēſionibus: reuocationibus et reſtrictionibus: ſiue conſtitutionibus: ordinationibus: nec non in ꝓuincialibus: et ſinodalibus concilijs editis: ſpecialibus vel generalibus etc. B. ffo. 69. conce. 219. Circa quas derogationes eſt aduertēdū et notandum q̃ cū ſm iura: verba poſita in lr̃is apoſtolicis debeāt aliquid operari: ſequitur q̃ per p̄fata verba eſt derogatū concilio Lateraneñ. quo ad ea que tangunt reuocationē p̄uilegiorum dictorum fratrū. Aliter enī nihil penitus operentur dicta verba. Uide etiā ad idē in principio ſummarij bulle Auree. ffo. 135. Ad hoc etiam facit qđ infra ponitur in dictione Interdictū in fine. Et in dictione Priuilegia: in queſtionibus prope finem poſitis.

Concordia.

Leo. 10. fecit concordiā nouiſſimā inter fratres minores obſeruantes et cōuentuales eiuſdē ordinis: in capitulo generaliſſimo in vrbe Roma celebrato: quā ſtricte precepit obſeruari: dando ſuper hoc conſeruatores: omnes eccleſiarum prelatos: cum magnis clauſulis et non obſtantijs fortiſſimis. B. ffo. 32. conce. 114. 1

¶ IDEM leo p̄cepit cunctis eccleſiarum p̄latis: vt cōpellāt fratres minores cōuentuales ad ſeruandū bullā dicte cōcordie vltime: quoties a fratribus regularis obſeruātie fuerint reqſiti: ſup quo ponit grauiſſimas cēſuras et penas: tam prelatis eccleſiarum q̃ fratribus conuētualibus. B. ffo. 39. conce. 127. 2

¶ Aduerte q̃ contenta in hmōi concordia q̃ ſunt multa et varia: ponuntur Collector.
ſparſim in varijs dictionibus iuxta materias quibus pertinēt: et ideo hic non ponitur aliquid in particulari de ipſa concordia: ponuntur autē complura ex ibidem contentis: in dictione Conuentuales fratres: in multis. §.

Collector. ¶ De alijs concordijs ⁊ conuentionibus antiquis: inter prefatos fratres diuerſis tẽporibus: ⁊ diuerſis põtificibus factis: nullam hic facimus mentionem: q2 iam nullius ſunt momenti. Reliqua circa materiã concordie: vide infra in dictione Conuentiones: ⁊ in dictione Pacta: q2 ſub hijs nominibus loquuntur conceſſiones que ad hunc propoſitum attinent.

Confeſſiones et confeſſores.

¶ Diſtinctio materie confeſſionum ⁊ confeſſorum.

Collector. ¶ Attendat prudẽs lector: ꝙ circa materiã ꝯfeſſionũ ⁊ fratrũ confeſſoꝝ: reperiũtur cõplura ⁊ diuerſa in ꝓuilegijs fratrũ minoꝝ: ⁊ alioꝝ mendicantiũ: que in duas partes principales diuidi poſſunt. Nã quedã pertinẽt preciſe ad pſonas predictorũ fratrũ: ⁊ alia tangunt perſonas ſeculariũ. ¶ Et ꝑmo illa q̃ ſpectant preciſe ad pſonas fratrũ: ſubdiuidũtur. Quedã eni3 cõcernũt perſonas quibus ꝑfati fratres poſſunt debẽt confiteri ordinarie. Et hec habentur ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres: in oĩbus. §. Et hic infra. §. 1. ⁊. 4. ⁊. 6. Alia reſpiciũt eorũdẽ fratrũ cõfeſſiones ⁊ abſolutiõe extraordiarias que. ſ. ſolũ in aliquib⁹ feſtiuitatib⁹ ⁊ nõnullis alijs diebus fieri poſſunt. Et iſta continentur ſupra in dictione Abſolutio quo ad fratres extraordinaria.

¶ Scdo illa que tãgunt perſonas ſeculariũ: etiã ſubdiſtingũtur. Quedã nãq3 iſtoꝝ attinẽt ad inſtitutionẽ fratrũ qui cõfeſſiões ſeculariũ audire debẽt. Hec aũt ponuntur infra. §. 3. ⁊. 5. Et ſupra in dictiõe Abſolutio quo ad ſeculares primo: habẽtur aliqua q̃ ad ꝑfatã inſtitutionẽ pertinẽt in. §. 6. ⁊ in ſequẽtib⁹ vſq3 ad. §. 12. ⁊ in. 16. ac. 18. Alia aũt ptinet ad hmõi fratrũ confeſſoꝝ pſentationẽ epis ſeu ordinarijs faciẽdã: ⁊ ad auctoritatẽ quã ſic inſtituti ⁊ pſentati habẽt ad abſoluẽdũ: etiã a caſib⁹ reſeruatis. Et de hijs habet la e ſupra in dictiõe Abſolutio quo ad ſeculares. 1. ⁊. 2. in multis. §. imo fere in oĩb⁹. Ac ſiſr habet circa hoc aliqd hic ĩfra. §. 2. Nõnulla inſup attinẽt ad hmõi fratres cõfeſſores exiſtẽtes in terris infideliũ: put ponit infra. §. 8. ⁊. 9.

1 Probibitio pro fratrib⁹ mẽdicãtib⁹ CLemens. 4. ĩhibuit vniuerſis eccleſiaꝝ ꝑlatis ⁊ alijs qbuſcũq3: ne cõfeſſiões fratrũ mi. pſumãt eoꝝ ꝑlatis inuitis audire. B. fo. 58. Et ffo. 142. cõce. 338. Et idẽ habetur quo ad carmelitas. B. ffo. 186. conce. 475. Et quo ad fratres predicatores. B. ffo. 238. conce. 563.

2 Pro fratrib⁹ mi. ⁊ predicatoribus Euchariſtia Unctio extrema. Benedictus. 11. ſtatuit ſeu cõceſſit ſequẽtia circa ꝯfeſſiões. ſ. ꝙ fideles ꝯfeſſi fratrib⁹ ꝑdicatorib⁹ ⁊ minorib⁹: non teneant eadẽ pctã ꝓprijs ſacerdotib⁹ ꝯfiteri. Et ꝙ ſacerdotes ipſi taliter cõfeſſis ⁊ abſolutis aſtricti ſint miniſtrare euchariſtie ⁊ extreme vnctionis ſacramẽta. Et ꝙ ſuper confeſſione facta fratrib⁹ memoratis (cum hic de confitẽtis ſolius preiudicio: ſi falſum dicat agatur) in iudicio anime ſeu penitẽtiali foro: ſtetur ſimplici verbo illius qui ſacramẽta predicta petit: ⁊ dicit dictis fratrib⁹ ſe cõfeſſum. Sed hoc duobus caſib⁹ exceptis. ſ. ſi ſacerdos aſſerat illũ eſſe excõicatum: aut notorie peccatorem. B. fo. 126. Et ffo. 203. conce. 502.

Collector. ¶ Aduertendũ eſt ꝙ ſcdm quoſdã: ꝑdicta bulla Benedicti. 11. q̃ incipit. Inter cũctas: in nullo fuit reuocata ꝑ Clementinã Dudũ de ſepulturis: niſi quo ad preſentationem confeſſorum epiſcopis faciendam: ⁊ declarationem caſuu3 epiſcopis reſeruatorum. Primum iſtorum, ſ. preſentatio ſeruari debet: prout

in predicta clemẽtina continetur: aut ſaltem forma per Innocẽtium. 8. cõceſſa. Scdm vero. ſ. caſuum determinatio: manet in ſuo vigore: propter reualidationẽ Sixti. 4. ſuprapoſitam. in dictione Abſolutio quoad ſeculares. 2. §. 6.

Sixtus. 4. conceſſit ordini Carmelitaꝝ vt generalis per ſe: ⁊ ꝓuinciales in ſuis capitulis ꝓuincialibus cũ diffinitoribus ipſorum capituloꝝ: poſſint auctoritate apoſtolica fratribus eiuſdẽ ordinis ſacerdotib⁹ in ſacra pagina eruditis: examinatis ⁊ aꝓbatis ab eis: officiu3 predicationis cõmittere. Necnon tam ipſis q̃3 alijs fratribus dicti ordinis ad id idoneis: audiendi confeſſiones ⁊ abſoluendi confitentes: ac iniungendi eis penitẽtias ſalutares: ſimiliter officium cõmittere. B. fo. 101. Et ffo. 185. cõce. 463. Simili modo continetur in mari magno Auguſtinẽſium. B. ffo. 244. conce. 589. — Ex ꝓuilegijs carmelitarũ Inſtitutio confeſſoru3.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ in priuilegijs alioꝝ fratrum mendicantiũ: nõ reperitur ſimilis cõceſſio quo ad inſtitutionẽ confeſſoꝝ: vt credo. Et ideo virtute cõicationis priuilegioꝝ: ſolũmodo poterunt miniſtri ꝓuinciales fratrũ mi. ⁊ priores prouinciales fratrũ ꝑdicatoꝝ: in ſuis capitulis ꝓuincialibus cõmittere fratrib⁹ ſuis officia ꝑdicandi ⁊ confeſſiones audiẽdi: niſi aliud priuilegium habeant.

¶ IDEM Sixtus fecit quandã cõceſſionẽ pro fratrib⁹ itinerãtibus vt poſſint cõfiteri qbuſlibet ſacerdotib⁹ etiã ſecularib⁹ de licẽtia ſuoꝝ ꝑlatoꝝ: ꝓut habetur ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quoad fratres in. §. 25. 4

Innocentius. 8. ſtatuit ſub grauib⁹ cẽſuris ⁊ penis: ne qſq̃3 fratrũ mi. obſeruantie: ſine ſuoꝝ ſuperioꝝ licẽtia: ac deputatione ⁊ inſtitutione: officiũ confeſſoris monialium: vel ſororũ tertij ordinis: aut aliarũ quarũlibet conſimiliũ: ſeu tẽporaliũ dñoꝝ ⁊ aliaꝝ perſonaꝝ ſecularium ⁊ regulariũ vtriuſq3 ſexus aſſumere ⁊ exercere preſumant: ⁊ ſi ad id apoſtolica auctoritate deputarentur. B. ff. 157. conce. 375. — 5 Probibitio pro fratrib⁹ ſubditis.

¶ IDEM Innocentius ſtatuit ꝙ de cetero perpetuis futuris tẽporibus: q̃cunq3 perſone fratrũ heremitaꝝ ſancti Auguſtini: cõgregatiõis regularis obſeruãtie ꝓuincie hiſpanie: qui nunc ſunt ⁊ ꝓ tẽpore erunt: ꝑtextu bulle cruciate: aut cuiuſuis alterius facultatis eis ⁊ cuilibet eaꝝ per ſedem apoſtolicam ſeu eius legatos: ſub quibuſuis verboꝝ formis conceſſe: ⁊ que forſan concedi cõtigerit in futurum: alium q̃3 priorẽ vel ſuperiorẽ ſuum: aut aliquem ab eode3 priore vel ſubpriore: ex eis deputatis pro tempore confeſſoribus in ſuum cõfeſſorem eligere nequeant. b. ffo. 264. conce. 683. — 6 De auguſtinenſibus. Particularis ꝓ hiſpania. Cruciata.

Alexander. 6. cõceſſit generali ⁊ ꝓuincialibus ac cuſtodibus ordinis minoꝝ de obſeruãtia: vt in locis in qb⁹ fratres cõuentuales vel de obſeruãtia dicti ordinis cõmode haberi nõ poſſunt: fratrib⁹ ⁊ ſororibus tertij ordinis: vbicũq3 vltra montes cõmorantibus (de cõſilio aliquorũ fratrũ) cõfeſſores ꝑſbyteros ſeculares vel alioꝝ ordinũ regulares honeſtos: deputare valeant: quibus confiteri: ⁊ ab eis quecunq3 eccleſiaſtica ſacramenta recipere poſſint. B. fo. 39. Et ffo. 123. conce. 269. — 7 De tertiarijs Sacramẽta

¶ Aduerte ꝙ in fauorem confeſſorum ſimpliciũ habetur quedã notabilis cõceſſio ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres poſt. §. 23. — Pro ꝯfeſſo. ſimplicib⁹.

¶ Sequuntur aliqua ſpectantia ad Fratres confeſſores: in terris infidelium exiſtentes.

Gregorius. 9. cõceſſit fratrib⁹ mi. eũtibus ad partes infideliũ: ſeu ibidẽ exiſtẽtib⁹: vt ĩ terris illis ſit eis licitũ cõicare cũ 8

Excōicatio. excōicatis in hijs q̄ ad ſalutē aīaꝝ pertinē. Quibus etiā dūmodo ſint latini ⁊
Abſolutio. aplice ſedi obediāt: fres ꝑdicti q fuerint pſbyteri valeāt (cōgrua ſatiſfactiōe p̄-
miſſa) ſm formā eccl'ie: abſolutiōis bn̄ficiū ipartiri. b. fo. 20. Et ffo. 22. conce. 3.
9 ¶ IDEM Gregorius cōceſſit ꝑdictis fratrib⁹ ad terras infideliū ꝓficiſcen-
tibus: vt eos q per apoſtaſiā: aut ſciſma: vel hereſim a fide receſſerūt: ⁊ iter ſar-
Abſolutio. racenos habitāt: poſſint abſoluere ac recōciliare p gratiā penitētie ſalutaris:
ſi ad obediētiā eccleſie romane voluerint redire. b. fo. 20. Et ffo. 22. conce. 4.

Confirmatio prelatorum.

1 Generalis miniſter. Collector.

CLemens. 4. ſtatuit ꝙ gn̄ales miniſtri fratruz mi-
norum ſtati poſtq̄ electi fuerit ſm regulā ⁊ ꝯſti-
tutiōes ordinis: eo ipſo veri miniſtri gn̄ales eiuſdē ordis ſint
effecti: hoc ē ꝙ ꝓ ꝯfirmatiōe habeāt. b. f. 56. ⁊. ffo. 139. cō. 307
¶ Circa cōfirmatiōnē vicarioꝝ tā generalium q̄ ꝓuincia-
liū: fuerūt nonnulla ordinata p aliquos ſummos pontifices:
que q: iam nō deſeruiunt: omiſſa ſunt.

2 Miniſtri ꝓuinciales.
Clemens. 5. in declaratione regule fratrū mi. ſtatuit ꝙ confirmatio
electionis miniſtri ꝓuincialis ꝑdictoꝝ fratrū ꝑtineat ad
miniſtrū generalē: put habetur latius infra in dictione Electio. §. 7.

3 Magiſter generalis.
Leo. 10. ſtatuit ꝙ generales magiſtri fratrū mino. couentualiū: teneātur
petere cōfirmationē a miniſtro generali eiuſdē toti⁹ ordinis: quē-
admodū vicarij generales olim de familia vel de obſeruātia petere tenebātur
antea a miniſtri generali couentualium. B. ffo. 32. conce. 105.

4 Magiſtri ꝓuinciales.
¶ IDEM Leo ſtatuit ꝙ magiſtri ꝓuinciales ꝑdicti ordinis: in ſingulis ꝓ-
uincijs teneantur petere cōfirmationē a miniſtris ꝓuincialibus regularis ob-
ſeruantie: eo modo quo vicarij ꝓuinciales: olim de familia nuncupati antea
petere tenebantur a miniſtris conuentualibus. B. ffo. 32. conce. 106.

Conſecrare res eccleſiaſticas.

Collector.
¶ Circa cōſecrationē altariū quid conceſſum ſit a ſede apoſtolica: dictū eſt ſu-
pra in dictione Altare. Et ſimiliter ea q̄ ꝑtinēt ad ꝯſecrationē eccleſiaꝝ ⁊ aliaꝝ
rerū eccleſiaſticarū: habētur ſupra in dictione Benedicere: q: cōmixtim cum
attinentibus ad benedictionem cōceſſa ſunt ideo require ibi. §. 3. ac. 5. ⁊. 6. ⁊
11. ⁊. 12. ac. 13. Uide etiam in dictione Eccleſie fratrum. §. 5.

Conſeruatores ordinis.

1
SIxtus. 4. mādauit qbuſlibet i dignitate eccleſiaſtica ꝯſti-
tutis: ⁊ metropolitane vel alteri⁹ cathedralis ec-
cleſie canonicis p vniuerſum orbē: q per guardianos ⁊ fratres
ordinis mi. ſeu ſindicos romane eccleſie ꝑdicto ordini deputa-
tos reqſiti fuerint: quatenus p ſe vel aliū ſeu alios vbi ⁊ quādo
opus fuerit: ſolēniter publicēt eoꝝ ꝓuilegia: ⁊ eiſdē ac illoꝝ do-
mibus ⁊ ꝓfeſſoribus efficacis defenſiōis preſidio aſſiſtētes: faciāt eos pacifica
Priuilegia. poſſeſſione priuilegioꝝ ⁊ conceſſionū hmōi gaudere: non ꝑmittētes per quoſ-
cunq̄ indebite moleſtari ⁊c. B. fo. 61. ⁊ ffo. 145. conce. 356. vbi ad longū po-
Pro cibus nitur poteſtas ꝯſeruatoꝝ: ⁊ mod⁹ quē obſeruare debent. Et ſimiliter habetur

quo ad fratres carmelitas. ffo. 189. cōce. 484. Et quo ad ꝑdicatores. ffo. 242. fratrib⁹ mē-
conce. 588. Et quo ad Auguſtinenſes. ffo. 251. conce. 640. dicantibus.

Julius. 2. ſtatuit vt quecūq̄ perſona ſeu pſone: alias de iure capaces: 2
pro parte fratrū mi. requiſite: niſi legitimo impedimēto deten- Excōicatio.
te fuerint: iuriſdictionē ⁊ cōſeruationē eorūdē fratrū vigore ꝓuilegioꝝ ſuoꝝ:
ſub excōicationis pena ſuſcipere teneātur. B. fo. 43 Et ffo. 126. conce. 280.
¶ Aduertēdū eſt ꝙ virtute huius ꝯceſſionis Julij ⁊ alterius antepoſite Sixti Collector.
iā fratres nō ſunt aſtricti ad certos ⁊ determinatos ꝯſeruatores: ſicut olim q̄n
quelibet natio ſeu ꝓuincia habebat p bullā particularē: duos vel tres conſer-
uatores determinatos ſub noīe dignitatis. Ita ꝙ ille ꝓuiſiones poſſunt hodie Nota.
lacerari ⁊ cōburi tanq̄ ſupflue: ex quo per ꝑfatas conceſſiones Sixti ⁊ Julij:
poſſūt illos ꝯſeruatores ſeu quoſlibet alios aſſumere. Et idē eſt de ꝯſeruatoribus
ꝑticularib⁹ quos aliq fres min⁹ docti ꝓcurāt ſepe ꝓ negotijs ſupuenietibus:
q: ſ. ē ſupflua hmōi ꝓcuratio: cū cōſeruatoria maris magni ſit ꝑpetua ⁊ vlis.

Leo. 10. in cōcilio Lateranēſi ſtatuit: vt cōſeruatores fratrū pro tēpore a 3
ſede aplica deputādi: doctrina ⁊ ꝓbitate ſint ꝑſtātes: ⁊ i eccliaſtica Concilium
dignitate ꝯſtitui eſſe debeāt. Et voluit vt corā eis p eoſdē fratres qb⁹ dati fue- Reſtrictio.
rint: vltra duas dietas: a loco ſue ſolite hītationis: null⁹ trahi poſſit ꝓuilegijs
ſup hoc alias eis ꝯceſſis: nullaten⁹ ſuffragātibus. B. ffo. 26. conce. 83.
¶ IDEM Leo habita informatiōe ꝙ in aliqb⁹ ꝑtib⁹ multa grauamina īfe- 4
rebātur frīb⁹ mēdicantib⁹ ab eccliaſticis pſonis: ſpecialr aſſerēdo ꝙ ꝯfeſſi fri- Confeſſio.
bus ōbite ꝑſentatis: tenebātur iterū eadē peccata ꝯfiteri ſuis curatis: ⁊ ꝙ ſacra-
mēta euchariſtie ⁊ extreme vnctionis nō poterāt a fratrib⁹ miniſtrari illis qb⁹
ſine cauſa dicti curati recuſabāt hmōi ſacramēta adminiſtrare: ac ꝙ xp̄i fide- Sacramēta
les audiētes miſſas dieb⁹ dn̄icis ⁊ feſtiuis in eccleſijs fratrū: nō ſatiſfaciebant Miſſas.
precepto eccleſie: ⁊ alia multa cōſimilia: dedit cōſeruatores oēs eccleſiaꝝ prela-
tos: diſtricte eis ꝑcipiendo: vt quandocunq̄ requiſiti fuerint a fratribus ꝑdi-
ctis: non permittant eos moleſtari aut grauari: ſed contra tales moleſtatores ꝓ-
cedant per cēſuras eccleſiaſticas ⁊ alia iuris remedia. B. ffo. 47. conce. 142.

Conueniri in iudicio.

INnocentius. 4. cōceſſit vt fratres mi. nequeāt ꝯue- 1
niri in iudicio: etiā p literas apoſtoli-
cas que de huiuſmodi indulto ⁊ predicto ordine mentionē non
fecerint. B. fo. 25. ⁊. ffo. 109. conce. 235.
Clemens. 4. cōceſſit ⁊ ſtatuit: ꝙ per lr̄as apoſtolice ſe- 2
dis: aut legatorū: ſeu delegatorū ipſi⁹: ꝯue- Legati.
niri a quoq̄ ꝑdicti fratres mino. minime valeāt. B. fo. 57. Et ffo. 140. conce.
321. Uide circa hoc infra. §. 4.
¶ IDEM Clemēs cōceſſit ꝙ fres mi. nec ratiōe delicti: aut cōtract⁹: ſeu rei
de qua cōtra ipſos fres ageret: poſſint corā locoꝝ ordinarijs cōueniri: nec illi
quo ad hoc ſuā in ipſos iuriſdictionē exercere: decernens irritū ⁊ inane quic-
quid ſecus factum vel attentatum fuerit. B. fo. 59. Et ffo. 142. conce. 342.
Sixtus. 4. ſtatuit ne locoꝝ dioceſani aut alij ordinarij ſeu alij q̄cūq̄ i 4
pſonas aut loca fratrū ꝑdictoꝝ: cōtra prefati Clementis ordi- Dioceſani.
nationem ſupraappoſitam: ſibi quamcunq̄ iuriſdictionem aut ſuperioritatem

vendicare preſumant. Ac diſtricte inhibuit: ne quiſpiã abſqꝫ ſedis apoſtolice
ſpeciali commiſſione aut auctoritate in perſonas: domos ⁊ loca dicti ordinis
(vt pote prorſus exempta) aliquas cenſuras vel ſententias: ſpecialiter vel gene-
raliter promulgare audeat ⁊c. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 347.
Collector. ¶ De hoc habetur etiam late in mari magno Carmelitarũ. ffo. 161. cõce. 384
Pro oibus Et ffo. 187. conce. 479. Et in mari magno predicatorꝝ ffo. 239. cõce. 570. Et in
mẽdicãtibꝰ mari magno Auguſtinenſium. ffo. 248. conce. 620.

Conuentiones.

1 Cuſtodes. Guardiani. ALexander. 4. irritauit ac nullius exiſtere firmitatis
decreuit oẽs cõuentiones obligatiões: cõ
poſitiones ⁊ pacta que fratres mi. etiã ſi ſint guardiani vel cuſto
des: fecerint contra predicti ordinis ſtatuta vel conſuetudines:
abſqꝫ generalis vel miniſtrorũ prouincialium licentia ⁊ aſſen-
ſu. fo. 27. Et ffo. 26. conce. 17.
2 Miniſtri ꝓuinciales. Honorius. 4. decreuit irrita ⁊ inania pacta q̃cũqꝫ: que fratres mi
nores: etiam ſi ſint miniſtri ꝓuinciales: in receptionibꝰ
locorum ⁊ domorꝝ eiuſdem ordinis cum prelatis: rectoribus ⁊ clericis eccleſia
rum in quarũ territorio: domus ⁊ loca predicta conſiſtunt (ſi abſqꝫ licentia ge
Miniſter generalis. neralis miniſtri vel capituli etiam generalis) inire preſumpſerint: in preiudi-
cium dicti ordinis. B. fo. 48. Et ffo. 132. conce. 297.
3 Caplꝫ gñale vel ꝓuiciale Leo. 10. in cõcilio Lateranẽſi ſtatuit: ꝙ pacta ⁊ cõuentiões inter fratres
⁊ prelatos ac curatos (pro tpe inita) valeant: niſi per ſubſecutũ ca-
pitulum ꝓximum generale vel prouinciale refutata: ⁊ per eos refutatio hmõi
intimata debito tempore fuerit. B. fffo. 26. conce. 75.

Conuentuales fratres.

Collector. ¶ Omiſſis q̃ꝫ plurimis que de fratribus minoribus cõuentualibus fuerunt
ſtatuta ⁊ ordinata per multos ſummos pontifices: preſertim poſtq̃ꝫ per conci-
lium Cõſtantienſe fuerũt ſegregati ab eis fratres eiuſdẽ ordinis regularis ob
ſeruantie: vſqꝫ ad vltimum capitulũ generaliſſimum: rome celebratũ tẽpore
Leonis decimi: vbi trãſlatum fuit officium miniſteriatus: ⁊ omnis preeminẽ
tia ordinis ad fratres mi. obſeruãtie: ſolum ponentur in hoc cõpendio ea que
in predicto capitulo generaliſſimo per prefatũ Leonem decimũ fuerunt quo
ad huiuſmodi cõuentuales ordinata: nam fere omnia alia antiquitus circa il
los ſtatuta: iam ſunt ſuperuacua: exceptis duabus conceſſionibus que haben-
tur ſupra in dictione Apoſtate. §. 15. ⁊. 16.
1 Licentiare fratres. Capitulum ꝓuincia. LEo. 10. ſtatuit in bulla vnionis ꝙ d̃ cetero nullꝰ frater refor
matus poſſit per quẽcunqꝫ p̃latum ordinis (etiã mini-
ſtrũ generalẽ) mitti ad morãdũ ad aliquẽ conuentũ nõ reforma
tum: aut ꝓ reformato nõ habitũ: ſcilicet conuẽtualiũ. Excepto
ꝙ ſi capitulis ꝓuincialibus videbitur minus malũ aliquẽ fra-
trẽ licẽtiare ad nõdũ reformatos: q̃ꝫ ipm cũ reformatis retinere
Excõicatio. tali caſu poſſint p̃lati mittere fratrẽ ſeu fratres reformatos ad nõdũ reforma-
tos. Et inhibuit ſub pena excõicationis late ſentẽtie: omnibꝰ ⁊ ſingulis cõuen
tualium ſm priuilegia viuentium prelatis ac ſubditis: ne aliquem ex prefatis

reformatis: niſi modo predicto recipere audeãt. Similiter ⁊ dictis reformatis
fratribus ſub eadem pena prohibuit: ne ab obedientia ſuorum miniſtrorꝝ vlla
tenus q̃ꝫ modo predicto recedant. B. fffo. 30. conce. 100.
¶ Aduerte circa predicta de licentiandis ſeu mittendis aliquibus fratribꝰ de Collector.
obſeruantia ad conuentuales: ꝙ licet hic concedatur vel potius permittatur:
non tamẽ eſt tutũ ſic facere (prout in caplõ generali Meclinẽſi) vbi fuit electus
reuerendus pater clare memorie Oliuerius Maillardi: determinatum eſt ſub
ſequentibus verbis. ¶ Declaratur ꝙ fratres familie obſeruãtie: non poſſunt Statutũ ca-
ſalua conſcientia ⁊ quantumcũqꝫ diſcoli fuerint: licentiari vt conuentualibꝰ pituli gene-
ſe ſubijciant: etiam ſi in obſeruantia ſtare noluerint: ſed a ſuis inſolẽtijs coer- ralis.
ceantur penis debitis vſqꝫ ad carceres. Profeſſi autem ſub conuentualibus ⁊ Nota.
poſtea nobis adiuncti: cum a ſuis inſolentijs reſipiſcere noluerint: ⁊ licentiã
poſtulauerint: licentiari poſſunt: dũmodo in obſeruantia ſub cõuentualibus
predictis ſtare voluerint; alias non. Habetur hoc ſtatutum. fo. 228. tractatu. 3.
Et ffo. 247. tractatu. 2.
¶ IDEM Leo precepit generali ⁊ prouincialibus miniſtris: ſub excõmuni- 2
cationis late ſententie pena: ne directe vel indirecte procurent malicioſe ꝙ do- Reformatio
mus ⁊ loca fratrum conuentualium: ſeu monaſteria monialiũ cure magiſtri Excõicatio.
generalis conuentualium huiuſmodi ſubiecta: eis quoquomodo auferantur:
decernens ꝙ quicquid in contrarium attentatum fuerit: ſit eo ipſo irritum ⁊
inane. B. fffo. 32. conce. 108.
¶ IDEM Leo ſtatuit ꝙ nulla domus ſeu conuentus fratrum minorꝝ cõuen 3
tualium: poſſit transferri ad obediẽtiã fratrũ obſeruãtie in qua fuerint minꝰ Reforma-
q̃ꝫ decem fratres: ſed ſi fuerint plures. ſ. a decem vſqꝫ ad viginti: nõ poſſit etiã tio conuen-
transferri niſi tres partes fratrum talis domus cõſenſerint. Si autem fuerint tuum.
a viginti ⁊ ſupra vſqꝫ ad quemcũqꝫ numerum: nequeãt etiam reformari niſi
due partes predictorum fratrum conſentiant. Et voluit ꝙ in quocũqꝫ p̃fatorũ
duorũ caſuum miniſter generalis ⁊ prouinciales poſſint (quacunqꝫ contradi-
ctione non obſtante) domos fratrum conuentualiũ ⁊ illarũ fratres huiuſmo-
di: libere ⁊ licite recipere. B. fffo. 32. conce. 110.
¶ IDEM Leo conceſſit ſingulis fratribus cõuentualibus ad generalem ⁊ 4
prouinciales miniſtros tranſire volentibus: vt ab eorũ ſuperiore prius petita
licet nõ obtẽta licẽtia: liberã trãſeundi licentiã ⁊ facultatẽ. B. fffo. 32. cõce. 111. Licentia.
¶ IDEM Leo ſtatuit: ꝙ illi ex fratribus cõuentualibus qui vitam reforma 5
tam ſub generali ſeu prouincialiũ magiſtrorꝝ cura ducere voluerint: ſub eorũ Reforma-
regimine permanere poſſint: dũmodo aliquo ſigno notabili diſtinctiuo diſtin tio fratrum
guantur ⁊ diſcernantur ab obſeruantibus qui vitam regularem ſub generali cõuentualiũ.
ſeu prouincialibus miniſtris ducunt: prout generalis miniſter ⁊ magiſter in-
ter ſe conuenerint. B. fffo. 32. conce. 112.
¶ IDEM Leo ſtatuit qualiter fratres mi. cõuentuales ſe debeant habere cũ 6
fratribus obſeruãtibꝰ eiuſdem ordinis: in proceſſionibus ⁊ alijs locis publi Proceſſiões
cis: prout habetur infra in dictione Proceſſiones. §. 3. ⁊. 4.
¶ IDEM Leo motu proprio mandauit in virtute ſancte obedientie: ac ſub 7
excõmunicationis late ſentẽtie ⁊ priuationis officiorꝝ penis: ipſo facto incur- Prohibitio
rendis: generali ⁊ prouincialibus magiſtris predictorꝝ fratrum cõuentualiũ: Excõicatio.
quatenus dictos ſubditos ſuos moneant ⁊ cõpellant ne predicent aut diſpu-

tent vel maledica verba iactare preſumāt cōtra decreta ⁊ ordinata per ipſummet Leonē in capitulo generaliſſimo Rome vltimo celebrato.ſ.in bullis vnionis ⁊ concordie.B.ffo.35.conce.120.

8 ¶ IDEM Leo pcepit vniuerſis ⁊ ſingulis patriarchis:archiepiſcopis ⁊ epiſcopis in virtute ſancte obedientie:ac ſub pena interdicti ingreſſus eccleſie: ac
Excōicatio. ſuſpenſionis a diuinis:inferioribus vero prelatis:ſub excōmunicationis late ſententie penis ipſo facto incurrēdis: a quibus nō niſi per romanū pontificē (preterꝗ̄ in mortis articulo)poſſint abſolui:vt quoties a fratribus regularis obſeruantie requiſiti fuerint:moneāt per eorū literas patentes predictos fratres conuentuales:ſub pena ammiſſionis priuilegiorum eis per dictam bullam
Concordia. concordie concefforum:vt predictam bullā cōcordie ac omnia ⁊ ſingula in ea contenta:cū effectu obſeruent.Et vt in euentum in quem eis cōſtiterit eos cōtraueniſſe:declarēt eos penā priuationis huiuſmodi incurriſſe.Ac ex tunc fratres ipſos conuētuales:omnimode ſubiectioni:correctiōi ⁊ obediētie generalis ⁊ prouincialiū miniſtrorum:in ſuis prouincijs reſpectiue perpetuo(iuxta formam literarum capituli generaliſſimi)ſubiectos eſſe: inhibēdo tam generali ꝗ̄ prouincialibus magiſtris:ne de dictis fratribus cōuentualib⁹ vel eorum domibus ⁊ locis vllatenus(niſi ꝗ̄tum a miniſtris generali ⁊ pūincialibus illis fue
Reformatio. rit cōceſſum)ſe intromittāt vllomodo.Qui quidē miniſtri generalis ⁊ pūinciales ad omnimodam dictorum cōuentualium reformationē etiam per fauores regum ⁊ principum ⁊ cōmunitatum:inſudare teneātur:bonis tamē imobili
Bona inmobi. bus dictorum cōuentum per generalem ⁊ prouinciales miniſtros reformandorum:pro vna quarta:eccleſie cathedrali ſeu dioceſi in qua dicti cōuentus ſiti fuerint:pro duabus vero in expeditionē cruciate cōtra infideles:pro reliqua autē quarta partibus:in reparationē dictorum cōuentuū(ipſo facto quo ad obedientiā dictorum miniſtrorum reducti fuerit)p eos applicatis.B.ffo.39.conce.127.
Collector. ¶ Vide aliquid tangens conuentuales fratres:infra in dictione Elemoſinas §.5.⁊.9.ſcilicet qualiter eis prohibitum ſit ne petant elemoſinas ſub nomine obſeruantium.

¶ Vide etiam qualiter fratres conuentuales poſſint puniri a fratribus obſeruantibus:infra in dictione Correctio.§.11.

¶ Item qualiter fratres cōuentuales qui prius fuerūt de obſeruātia:nequeāt ſuccedere ſuis propinquis:vide infra in dictione Heredes.§.5.⁊.6.

Correctio fratrum.

1 Generalis miniſter. **Innocentius.** 4.ſtatuit ſeu conceſſit: vt vniuerſos fratres minores qui morātur i obſequijs aliquorum (illis duntaxat exceptis q fuerint ad legatorum ſedis apoſtolice ſeruitia deputati) poſſit ⁊ valeat generalis dicti ordinis libere viſitare:corrigere ⁊ amouere:ac alios p eis ſubſtituere: put ſm deū viderit expedire:nō obſtantibus literis ſeu indultis ſedis apoſtolice quibuſcunqꝫ.B.fo.29.Et ffo.113.conce.245.

2 Miniſtri pūinciales. **Alexander.** 4.cōceſſit ꝙ ſi aliqui fratres mi. aſſignati fuerint a ſede apoſtolica archiepis vel epis:poſſint miniſtri ⁊ eorum vicarij eos corrigere ⁊ ad ordinē reuocare.Et ꝙ non teneantur prelati ordinis aliquos fratres aſſignare pdictis epis ſeu archiepis: virtute quarūcunqꝫ literarum

apoſtolicarum non facientium expreſſam mentionem de iſtis.b.fo.24.

Clemens. 4.ſtatuit ꝙ generalis ⁊ prouinciales miniſtri ⁊ eorum vicarij:illos ex fratribus minoribus: de quib⁹ auctoritate literarum ſedis apoſtolice vel legatorum ipſius:archiepis vel epis:⁊ alijs quibuſcunqꝫ prouiſum fuerit corrigere poſſint:ac etiam(nō obſtāt cōtradictione aliqua)eos ad ordinē ſuum reuocare.Et ꝙ nec p literas eiuſdē ſedi aut legatorū ipſius:aliquos de fratribus predictis teneātur prelati ordinis archiepiſcopis ⁊ epiſcopis:aut alijs pſonis in ſocios deputare:niſi dicte litere de indulto huiuſmodi ⁊ ordinatione:expreſſam facerent mentionē:ac alias id honeſtati ordinis ⁊ ſaluti illorum viderint expedire.B.fo.57.Et ffo.141.conce.324. 3 Generalis ⁊ prouinciales miniſtri.

¶ IDEM habetur in mari magno Carmelitarum.ffo.185.cōce.467.Et in mari magno predicatorum.ffo.237.conce.552. Collector.

¶ IDEM Clemēs ſtatuit qualiter generalis ⁊ prouinciales miniſtri poſſint ⁊ debeant corrigere fratres apoſtatas: vt habetur ſupra in dictione Apoſtate §.8.⁊.9. 4 De apoſtatis.

Gregorius. 11.ſtatuit qualr oēs ⁊ ſinguli fratres ordinū mendicātiū qui fuerint capellani ſedis apoſtolice:poſſint corrigi p ſupiores dictorum ordinū; put habetur i dictiōe Exēpti fres.§.2.vide ibi. 5

Bonifacius. 8.cōceſſit vt prelati ordinis minorum: ad correctiōes ⁊ punitiones fratrū eiuſdem ordinis delinquentiū infligēdas:ad quos cedē ſpectare noſcunt(rimulis ⁊ apicibus iuris poſtpoſitis) libere procedere valeāt ſm ꝯſuetudines approbatas:⁊ gn̄alia ſtatuta ipſius ordinis facta ⁊ fienda.Ac inſuper voluit non licere predictis fratribus ab eiſdem correctiōib⁹ ⁊ punitionib⁹ aliquatenus appellare:pria tñ in hoc deliberatione:ac maturitate debita obſeruatis.B.fo.125.Et ffo.202.conce.499. 6 Prelati. Appellare.

¶ IDEM Bonifacius ſtatuit qualiter fratres minores apoſtatantes debeāt corrigi habetur ſupra in dictione Apoſtate.§.13. 7

Eugenius. 4.⁊ Pius.2.ordinauerunt aliqua circa correctiōes fratrum minorum:tam conuentualium ꝗ̄ obſeruantiū; prout poſitum eſt in dictione Apoſtate.§.15.Et quo ad Carmelitanos.§.16. vbi ſupra. 8

Nicolaus. 5.cōceſſit miniſtro generali p tempore exiſtenti ꝙ oēs ⁊ ſingulos fratres:ſiue i monaſterijs monialiū:ſiue in alijs domibus:cōuentibus:heremitorijs:⁊ locis dicti ordinis cōmorantes:etiā ab obedientia:viſitatione ⁊ correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis indulta ſe exēptos eſſe(preter regule ⁊ ſtatutorum dicti ordinis formā)pretendentes: non obſtantibus quibuſcūqꝫ priuilegijs:exēptionibus:indultis:⁊ literis apoſtolicis eis:eorūqꝫ monaſterijs:ſiue domibus:ꝯuentibus:locis prefatis ⁊ heremitorijs per ſedē apoſtolicā in genere vel in ſpecie cōceſſis: de qbus in hijs literis habenda eſſet mentio ſpecialis:poſſit iuxta cōſtitutiones ⁊ regularia inſtituta antiqua dicti ordinis corrigere:viſitare:punire:⁊ emendare: ac i criminibus grauioribus:ſi res ipſa exegerit(cum moderamine tamē)torture ſubijcere poſſit ⁊ valeat dictus miniſter generalis.b.ffo.47.conce.50. 9 Generalis miniſter. Exēpti fres. Torquere fratres.

Sixtus. 4.ſtatuit in bulla aurea ꝙ magiſter generalis predicatorūqꝫ ⁊ miniſter generalis fratrum mi. poſſint geſta per fratres ſuorum ordinūqꝫ reſpectiue qui ſunt inquiſitores heretice prauitatis examinare: 10 Inqſitores hereſis.

Pꝛo fr̄ibus ꝓdi. ⁊ mi. ⁊ querellas contra illos ꝓpoſitas audire: ac ſuper illis quantum eis iuſtum ⁊
equum videbitur ſtatuere ⁊ oꝛdinare. Et ſi eos in aliquo deliquiſſe inuenerint
illos iuxta exceſſum exigentiam: etiam per eoꝝ ab officio amotionem: ac alias
coꝛrigere ⁊ punire. B. fo. 66. Et ffo. 149. conce. 366.

11 Particularis ꝑ hiſpania. Cōtra cōuētuales fr̄es ſtudentes.

Innocentius. 8. cōceſſit vicario generali fratrū oꝛdinis pꝛedicatoꝝ de obſeruātia cōgregationis prouincie hiſpanie: ꝙ coꝛrectio fratrū dicte cōgregationis: vndecūqꝫ ad terminos ꝑſidentiū conuentuū refoꝛmatoꝝ venientium: iuxta cōſtitutiones dicti oꝛdinis fieri debeat: ⁊ ad eoſdem pꝛeſidētes pertineat. Nō obſtantibus quibuſcūqꝫ ꝓuilegijs indultis ⁊ lr̄is aplicis: ſcolaſtico ac vniuerſitati Salmātine: ac qbuſcūqꝫ vniuerſitatibus per ſedem apoſtolicam conceſſis: que aduerſus pꝛeſentes noluit ī aliquo ſuffragari poſſe: dūmodo pꝛopter coꝛrectiones huiuſmodi faciendas: ſtudium fratrū coꝛrigendoꝝ non impediatur. b. ffo. 76. conce. 194.

Collectoꝛ. Nota.

¶ Hec cōceſſio deſeruit etiā fratribus minoꝝ. partiū hiſpaniaꝝ: vt virtute cōmunicationis ꝓuilegioꝝ de qua ſupꝛa ī dictiōe Cōicatio priuile. §. 10. poſſint ſimiliter coꝛrigere fratres eiuſdem oꝛdinis: pꝛeſertim Salmātice ⁊ compluti: vbi cauſa ſtudij ſunt fratres conuentuales.

12 Excōicatio.

Alexander. 6. cōceſſit ꝙ non obſtāte capitulo vniuerſitatis: de ſententia excōmunicationis: pꝛelati noſtri poſſint percutere per alium (cauſa coꝛrectionis) ⁊ nō cogātur cum pꝛopꝛia perſona: etiā ſi neceſſitas non vꝛgeat. o. ffo. 70. conce. 175. Et ffo. 99. conce. 359.

13

Leo. 10. cōceſſit idem qđ Alexāder pꝛefatus: ⁊ adhuc clarius: ſc. vt quando aliquem fratrē cauſa coꝛrectionis vel abſolutionis opoꝛtet verberare: poſſint ꝑlati oꝛdinis mi. de obſeruātia ⁊ eoꝝ cōmiſſarij manu vicarij vel cuiuſuis alteri⁹ fratris ſubditi: cum verberare ſeu diſciplinare. Nō obſtāte capitulo Uniuerſitatis de ſententia excōmunicationis. o. ffo. 93. cōce. 292.

Coꝛpoꝛalia.

1 Collectoꝛ.

Calixtus. 3. cōceſſit ꝙ fratres minoꝛes laici: poſſint tāgere ⁊ lauare coꝛpoꝛalia. o. ffo. 101. conce. 398.
¶ Uide aliam conceſ. pꝛefati Calixti in dictione Oꝛnamēta eccleſiaſtica. §. 3.

2 Fratres laici.

Sixtus. 4. ꝯceſſit ꝙ oēs fratres clerici ⁊ laici poſſint tāgere ſine ſcrupulo ꝯſcientie: calices ⁊ coꝛpoꝛalia ⁊ alia paramenta: cum reuerentia tamen. o. fo. 97. conce. 345.

3 Pꝛo monialibus.

¶ IDEM Sixtus cōceſſit omnibus monialibus ſancte Clare: ac ſoꝛoꝛibus tertij oꝛdinis cure fratrum mi. cōmiſſis ꝙ poſſint tangere ⁊ lauare ſacros pānos: exceptis coꝛpoꝛalibus. Et poſtmodum idem Sixtus conceſſit: vt omnes ſoꝛoꝛes ſupꝛaſcripte: ſub clauſura ⁊ congregatione viuentes: etiam coꝛpoꝛalia ⁊ purificatoꝛia tangere poſſint: dummodo ſteterint lota a fratribus. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 97. Et ffo. 95. conce. 318.

Collectoꝛ.

¶ Qualiter pꝛelati oꝛdinis mi. ⁊ quādoqꝫ aliqui alij fratres poſſint benedicere coꝛpoꝛalia: vide ſupꝛa in dictione Benedicere. §. 1. ⁊. 7. ⁊. 8. ⁊. 11.

Credo.

Pꝛo ſanctis oꝛdinis.

Sixtus. 4. conceſſit ꝙ fratres mi. poſſint dicere credo in ſolēnitatib⁹ ſanctoꝛum ſui oꝛdinis. ⁊ ſancte Clare. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 118. Et fff. 96. conce. 329.

¶ IDEM ſixtus conceſſit: ꝙ pꝛedicti fratres poſſint dicere credo in octaua beati Franciſci. o. fo. 63. Et ffo. 68. cōce. 133. Et fffo. 100. conce. 380. 2

¶ Attamen vtrū hec cōceſſio debeat intelligi tm̄ de die octauo: vel de oībus diebus infra octauam: dubiū videtur. Saluo tn̄ melioꝛi iudicio poſſet dici ꝙ de oībus diebus infra octauā intelligenda ſit: nam non reperitur ꝙ aliquādo ſm̄ vſum romanum dicatur credo in die octauo alicuius feſtiuitatis: ratiōe eiuſdem feſtiuitatis: ⁊ ꝙ non dicatur in alijs diebus infra octauam. Collectoꝛ.

Cruciata.

Clemens. 4. ſtatuit ꝙ fratres mi. q ad pꝛedicādū crucē: ſeu cruciatā: ſeu ad alia hmōi negocia fuerit a ſede aplica ꝺputati: poſſit gn̄alis miniſter remouere: ſeu reuocare ⁊ penit⁹ trāſferre: ipſiſqꝫ ꝙ ſupſedeāt iniūgere: alioſqꝫ ſubſtituere cū expedire viderit: ⁊ in eos ſi cōtravenerint: cēſurā eccleſiaſticā exercere. Ac ꝙ qlibet miniſter ꝓuincialis vel eius vicari⁹ eiuſdē oꝛdinis: idipm̄ poſſit in ſua ꝓuincia circa fratres ſuos: qbus ab eadē ſede ſimilia cōtigerit cōmitti. Nō obſtātib⁹ aliquib⁹ lr̄is vel indultis aplicis: que de hoc nō fecerint mētionē. B. fo. 57. Et ffo. 141. conce. 326. 1 Miniſtri generales ⁊ ꝓuinciales.

Innocentius. 8. declarauit: fratres mi. nō poſſe nec debere eligere cōfeſſoꝛes virtute bulle cruciate ⁊c. vt habetur late ſupꝛa in dictione Abſolutio oꝛdinaria quo ad fratres. §. 12. 2 Abſolutio.

Leo. 10. pꝛohibuit ⁊ declarauit ꝙ nullus fratrū mi. regularis obſeruātie: poſſit accipere bullas cruciate ⁊c. vt ſupꝛa eſt poſitū in dictiōe Abſolutio oꝛdinaria quo ad fratres. §. 17. ⁊. 18. vide ibi ⁊ nota bene. 3 Abſolutio.

¶ IDEM leo motu ꝓpꝛio ⁊ ex certa ſciētia pꝛecepit vniuerſis ⁊ ſingulis cuiuſcūqꝫ cruciate cōmiſſarijs ꝓ tp̄e exiſtētibus: ⁊ alijs quibuſuis ꝑſonis: quacūqꝫ etiā archiepiſcopali ⁊ epiſcopali dignitate fugētib⁹: in virtute ſancte obedientie: ac epis ⁊ ſuperioꝛib⁹ ſub ꝓhibitione ingreſſus eccl̄ie: alijs vero ſub excōicationis late ſentētie: ac priuationis officioꝝ ſuoꝝ: ⁊ inhabilitatis ad illa ⁊ alia imposterū obtinēda penis (ipſo facto abſqꝫ vlterioꝛi declaratione) incurrendis: ne de cetero ꝑpetuis futuris tp̄ibus: aliquos fratres oꝛdinis mi. de obſer. extra eoꝝ cōuentus ſeu domos: ſine ſuoꝝ ſuperioꝝ ⁊ pꝛelatoꝝ expꝛeſſa licētia extrahere: ſeu ad pꝛedicādū cruciatā: aut quaſcūqꝫ alias indulgentias: ſeu literas apoſtolicas deſtinare: aut alterius facultatis pꝛetextu moleſtare: perturbare aut inquietare: ſeu a pꝛedictis fratribus aliquid exigere: vel gratias: facultates: aut libertates ſeu indulgentias ⁊ peccatoꝝ remiſſiones eis: necnon monialibus ſancte Clare: tam pꝛime ꝗ̄ ſecunde regule: ac tertij oꝛdinis beati Frāciſci ſoꝛoꝛibus ſub obedientia pꝛelatoꝛum dicti oꝛdinis mi. degentibus: ſine illoꝛum licentia concedere aut impartiri. B. fffo. 48. conce. 144. 4 Cōtra commiſſarios cruciate. Excōicatio. Pꝛo monia. ⁊ tertiarijs.

¶ IDEM leo pꝛecepit fratribus ⁊ monialibus: ac ſoꝛoꝛibus pꝛefatis: ne gratijs: indulgentijs: libertatibus: immunitatib⁹ que in bullis cruciate: aut alijs conſimilibus continentur: quouis queſito coloꝛe contra obedientiam oꝛdinis pꝛedicti: ſine ſpeciali licentia ſuoꝛū pꝛelatoꝛum vllo modo vti (ſub excōmunicationis late ſententie pena) pꝛeſumant. B. fffo. 48. conce. 144. 5 Pꝛohibitio Excōicatio.

Collector.

¶ Aduertendum eſt circa predicta: q cū per bullas cruciate: vel alias ſimiles concedatur oībus xpi fidelibus confeſſionale perpetuū: vt de non reſeruatis pape poſſint toties quoties voluerint abſolui per cōfeſſorē quēcūqꝫ ad libitū eligendum: merito querēdum videtur: vtrum religioſi ſine licētia ſuoꝝ prelatorum poſſint predictas bullas accipere: ꝛ conceſſionibus: ſeu facultatibus in eis cōtentis vti.

Queſtio.

Prima reſponſio.

¶ Ad hoc autem prelati religioſorū ꝛ omnes zelum religionis habentes: dicūt q non: ꝛ rationem aſſignant. Quia neqꝫ eſt nec eſſe debet intentio pontificis aliquid concedere vnde ordinis diſciplina collabi contingat: preſertim cum prohibitum ſit per literas apoſtolicas: ꝛ per regulas: ac ſtatuta religionum: ne fratres confiteri poſſint peccata ſua perſonis extra ſuū ordinem: ſine licentia ſuorum prelatorum. Itē q: ſi hoc liceret fratribus: quodāmodo eximerentur ab obedientia prelatorum ſuorum confitendo peccata ſua cui vellent. Eximerentur etiam a voto paupertatis: procurando pecunias ad contribuendum pro huiuſmodi bullis ſine licentia: immo contra obedientiam prelatorum: ꝛ contra ſuum votum: in quo pape non licet diſpēſare: ꝓut ad literam dicit. c. Cum ad monaſterium: de ſtatu regu. Etiam ex hijs datur occaſio fractionis tertij voti ſcilicet caſtitatis: prout experti dicere poſſunt.

Secunda reſponſio.

¶ Attamen alij volunt cōtrariam partem rationibus apparentibus munita defendere: precipue quia aliquādo in predictis bullis continetur q illas poſſint accipere religioſi: etiā ſine licentia ſuorum prelatorum.

Ultima reſponſio.

¶ Ad queſtionem reſpōdetur vltimate: q etiam ſi hmōi bulle in hoc non eſſent ſubreptitie ſicut ſunt: prout pōtifices poſtea declarant: dicentes nūq̄ talem intentionem habuiſſe: cum non ſolum generaliter: ſed nec alicui in particulari vix talia concederentur: videlꝫ q aliquis ſpreta regulari diſciplina ꝛ paupertatis voto: quereret pecunias ad cōtribuēdum ꝛ accipiēdū predictas bullas abſqꝫ particulari neceſſitate: pro qua non eſſet ordini conceſſa facultas: adhuc non poſſent per ipſas abſolui ſine licentia ſuorum prelatorum: cum non poſſint dicere q hoc ibi expreſſe fratribus concedatur. Et ꝑpterea p̄lati ad obuiandum malicijs ꝛ proteruitatibus aliquoꝝ: ſtatim cum talis cruciata: vel ſimiles bulle publicātur: recurrunt ad pōtificem: vt declaret religioſos vti predictis non poſſe ſine licentia prelatoꝝ. Et ita factū fuit tempore Sixti. 4. Innocētij. 8. Alexādri. 6. Julij. 2. Et Leonis. 10. ꝓut in libris ordinis patet. Et adhuc aliqui predictorū pontificū: dixerūt expreſſe: q nūq̄ habuerūt intētionem q fratres ſine licentia prelatorum: accipere poſſent predictas bullas: ꝛ minus q ipſis vterentur. Quinimo impoſuerūt cenſuras religioſis maribus ꝛ feminis ne talibus vterentur: ſicut fecit Leo. 10. vbi patet ſupra. §. 5.

Cōfirmatio reſpōſionis ſupraſcripte.

¶ Et in tm̄ eſt hoc verū quo ad fratres mi. q licet alij religioſi: forte de licētia ſuorum prelatorū poſſint predictas bullas accipere: ꝛ elemoſinā pro ipſis accipiendis ꝓcurare: fratres tamen mi. cū ſit eis ſtrictiſſime ſub precepto ꝓhibitū: ne pecunias: vel denarios recipiāt: aut ꝓcurent: niſi pro veris ꝛ certis neceſſitatibus: niſi ſibi occurreret aliqua talis neceſſitas: cui ſubleuādē non ſufficerēt ꝓuilegia ordinis: nullo modo valerēt: nec licētia prelatoꝝ ſufficeret: vt poſſent procurare pecuniā ad accipiendā bullā. Et ita declarauit Leo. 10. O. ffo. 60. cōce. 178. dicēs: q in caſu talis neceſſitatis: de licentia ꝓuincialiū ꝛ cuſtodū: poſſint fratres accipere dictas bullas. Qui quidē prouincialis ꝛ cuſtos debet examinare predictam neceſſitatem: an ſit talis q in ipſa poſſit diſpēſari. Nam lꝫ ſolū regula concedat

facultatē querēdi pecuniam pro fratribus induendis: ꝛ infirmis curādis ꝛc. ſatis infirmus eſt qui habet anime egritudinem nō poſſibilem aliter curari: q̄z per bullā. Nō tn̄ ꝑpterea negatur: quin pōtifex poſſet bene informatus concedere alicui religioſo: vt cōfiteretur cui vellet: tn̄ dico q per generalem cōceſſionem: nunq̄ hoc intēdit facere: cum vellit conſeruare religiones ꝛ nō dſtruere. Et ſi dubitas de hoc: dico tibi q hoc ſufficit vt accipias partē ſecuriorē: prout dicit glo. in capitulo vnico. de ſcrutinio in ordine faciendo ꝛ. c. Juuenis đ ſpōſalibus. Et ideo non cōmittas te periculo: in hijs preſertim que aīam tangūt.

Cuſtodes.

Clemens. 4. ſtatuit i mari magno: q cuſtodes ꝛ guardiani q ſm ſtatuta ordinis fratrū mi. aliter q̄z per electionē inſtituuntur: poſt ipam inſtitutionē: ſeu ꝓuiſionē de ipſis factā: cura aīaꝝ fratrū ſibi ſubditoꝝ ipſius ordinis habeāt: ipſoſqꝫ ligare: ac ſoluere poſſint: iuxta ipſi⁹ ordinis inſtituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 309. 1

Collector.

¶ Circa p̄fatā ꝯceſſionē: vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres: poſt. §. 3.

Nicolaus. 4. ſtatuit ꝛ declarauit: vt cum electio generalis miniſtri fuerit faciēda: cuſtodes vniuſcuiuſqꝫ ꝓuincie: vnū ex ſe ipſis ꝯſtituāt: ac ei ſuas vices cōmittant: ipſumqꝫ ad locum in quo electio cadē fuerit celebrāda: trāſmittant. Et q is qui ſic ab ipſis cuſtodib⁹ conſtitutus extiterit: vnam vocem dūtaxat pro ſe ꝛ eis omnibus habeat ꝛ intelligatur habere: ac pro vna voce tm̄modo ab alijs admittatur. Hoc aūt voluit ita obſeruari: etiā ſi cuſtodes alicui⁹ ꝓuincie ſint p̄ſentes i hmōi generali capitulo: vbi electio generalis debeat celebrari. b. fo. 31. Et ffo. 32. ꝯce. 32. 2

Pro electione generalis miniſtri.

Collector.

¶ Aduerte q hmōi ſtatutum iam vacat ꝑpter ſtatutum Leonis. 10. inferius annotatum.

Leo. 10. in bulla vnionis ſtatuit: q electio miniſtri generalis que ſm regulam a miniſtris prouincialibus ꝛ cuſtodibus fieri debet: libere ꝛ abſqꝫ vllo ſcrupulo celebretur p ꝓuinciales ꝛ diſcretos fratrum de familia: ſeu de obſeruātia: quos veros miniſtros eſſe: ac diſcretos ipſorū ſimiliter veros eſſe cuſtodes declarauit. B. fffo. 29. conce. 94. 3

Dare.

Nicolaus. 3. ſtatuit: ſeu ꝯceſſit in declaratiōe regule q̄ incipit. Exijt q ſeminat ꝛc. q de reb⁹ nobilib⁹ vel parū valētib⁹: liceat fratrib⁹ minorib⁹: pietatis ſeu deuotionis intuitu: vel ꝑ alia honeſta ꝛ rationabili cauſa: obtēta ſuper hoc prius ſuoꝝ ſupioꝝ licētia: iuxta q đ inter fratres in gn̄ali: vel ꝓuincia lib⁹ caplis (tā de ipſis reb⁹ vilib⁹: ſeu parū valētib⁹ ꝛ eaꝝ valore: q̄z etiā đ prefata licētia. ſ. a quibus ꝛ qualiter ſit habēda) extiterit ordinatum: intra ꝛ extra ordinē alijs elargiri. B. fo. 5. tra. 2. ꝛ ffo. 10. tra. 2. 1

Paupertas. Pro rebus vilibus.

Leo. 10. ſupradictā cōceſſionē ampliādo ꝯceſſit: q nō ſolū gn̄alis ꝛ ꝓuinciales: ac cuſtodes i ſuis caplis: ſed ēt ipi: ac eoꝝ gn̄ales cōmiſſarij: extra capla: poſſint arbitrari q̄ res đbeāt viles ꝛ pui valoris reputari: ad hoc vt res hmōi poſſint dari itra ꝛ extra ordinē: ꝛ ſuis ſubditis ad dādū ꝛ recipiēdum licētiā ꝯcedere: ꝑut eis ſm deū videbitur expedire. O. fff. 59. conce. 175. 2

Paupertas. Ampliatio ꝯceſſiōis ſupra ſcripte.

Collector. ¶ Aduertēdū ꝙ in capitulo generali Mechlinēſi facta eſt circa ꝑdicta ſequēs
determinatio. ¶ Itē ꝙ fratres nullo modo ſm intētionē regule: aut declara-
Statutū ca- tiones ſummoꝝ pontificū: poſſunt dare aliquā q̄tūcūqꝫ vilia alijs: ſiue fratri
pituli gene. bus: ſiue ſecularibus: nec recipere alia: abſqꝫ licētia ſuoꝝ prelatoꝝ. Habetur
hoc. fo. 228. tractatu. 3. Et ffo. 246. in. 2. tractatu.

Decime.

1 Clemens. 4. ꝯceſſit frib⁹ mi. vt de hortis ⁊ virgul
tis ſuis: nulli decimā teneātur exhibere
Ac diſtricte inhibuit: ne qs ab eis ꝺ ꝑmiſſis aliqd exigere vel
Collector. extorquere ꝑſumat. B. fo. 58. Et ffo. 141. ꝯce. 334. ¶ Uide
infra. §. 6. declarationē Sixti. 4. ⁊ ampliationem eiuſdem.
2 Bonifacius. 8. cōceſſit vniuerſis ⁊ ſingulis ab-
batiſſis ⁊ cōuētib⁹ monialiū inclu
Pro monia ſaꝝ ſancte Clare: vt ad ꝑſtationē decimaꝝ de qbuſcūqꝫ poſſeſſionib⁹ ⁊ oībus
libus ſancte alijs bonis q̄ habuerint: vel ad cōtribuendū in ꝓcurationibus quorūlibet or-
Clare. dinarioꝝ: ac etiā legatoꝝ ⁊ nūcioꝝ ſedis aplice: ⁊ qbuſlibet talijs ⁊ collectis: ⁊
ad exhibēdū pedagia: telonea ⁊ alias exactiones: qbuſuis regibus ⁊ principi-
bus: ſeu alijs ꝑſonis: minime teneātur: nec ad id cōpelli aliqualiter valeāt. b.
Collector. fo. 38. Et ffo. 122. conce. 167. ¶ De hoc vide amplius infra. §. 8. ⁊. 9.
3 Eugenius. 4. dedit pleniſſimā exemptionem monialib⁹. s. Clare:
Pro monia dicitqꝫ ibi inter alia: ꝙ vult illas eſſe liberas ab omni
libus ſancte decimarum ſubſidiorum: gabellarum: pedagiorum: ⁊ alioꝝ huiuſmodi ſo-
Clare. lutione ⁊ contributione. b. ffo. 41. conce. 46.
4 ¶ IDEM eugenius cōtulit aliā pleniſſimā exēptionē a decimis ⁊c. fratrib⁹
Pro fribus ⁊ monialibus ordinis predicatoꝝ: inſerēdo bullam Martini. 5. Et Bonifa-
⁊ mo. ordi. cij. 9. qui hoc idem prius fecerāt. Sub nomine Martini habetur. b. ffo. 262.
predicatoꝝ. conce. 681. Et ſub nomine Eugenij. B. fff. 80. conce. 240.
5 ¶ IDEM eugenius conceſſit fratribus mino. obſer. ꝙ non teneātur facere
Abſolutio. conſciētiam de decimis in confeſſionibus ⁊c. prout habetur ſupra in dictione
Abſolutio quo ad ſeculares. 2. in. §. 2.
6 Sixtus. 4. extēdēs conceſſionē Clemētis ſupra poſitā: dicit ſic in ma
ri magno. Indultū vero eiuſdē Clemētis ꝑdeceſſoris de de-
cimis nō ſoluēdis: ad quecūqꝫ bona dictoꝝ fratrū: ⁊ quaſcūqꝫ decimas: etiā
Exactiones. quas vulgus papales appellat: ⁊ aplica ſedes pro xpiane fidei defenſione: aut
alijs imminētibus ꝑ ſepe neceſſitatibus indicit: ⁊ quecūqꝫ alia onera: motu ꝓ-
prio ⁊ ex certa ſciētia extēdim⁹: decernētes ipos fratres mi. (etiā ſi ꝑ quoſcūqꝫ
exēptos ⁊ mēdicātes ſolui mandarentur: cū qbuſuis derogatorijs ⁊ fortiorib⁹
clauſulis) ad illaꝝ ſolutionē non teneri: ⁊ ab illaꝝ ſolutione ceſſando: cēſuras
⁊ penas aliquas nō incurrere: niſi ꝑſentibus (non per generales: aut alias clau
ſulas ſpecialē mentionē importātes) ſit al's derogatum ſpecifice: earum de ver
bo ad verbum inſerto tenore. B. fo. 60. Et ffo. 143. conce. 347.
Collector. ¶ IDEM habetur in mari magno Carmelitarū. ffo. 169. cōce. 396. Et ffo.
183. cōce. 450. Et addit fo. 96. Et ffo. 179. cōce. 424. ꝙ nec de datijs vel peda
gijs: etiā ſi per principes: vel alios dños tēporales imponātur: aliquid ſoluere
teneantur. Et idem in mari magno predictorū. ffo. 240. conce. 579.

¶ IDEM ſixtus ſtatuit ⁊ ordinauit ac conceſſit: abbatiſſis conuentibus ⁊ 7
monialibus ſancte Clare: ꝙ de quibuſcūqꝫ terris ⁊ poſſeſſiōibus ad eas le- Pro monia
gitime pertinētibus ⁊ ſpectātibus quas etiā per alios q̄ eorūdē monaſterioꝝ libus ſancte
ſeruitores ⁊ ſubditos excoli ⁊ cultiuari faciūt: decimas vel primicias (auctori- Clare.
tate tñ apoſtolica non impoſitas) quibuſuis perſonis: cuiuſuis dignitatis gra
dus ſtatus ordinis vel conditionis fuerint: ſoluere minime teneantur. Nec
ipſe: aut ipſarum terrarum ⁊ poſſeſſionum coloni ſeu cultores: ob ſolutionem
decimarum primiciarū aut cenſus hmōi: per quēpiam moleſtari poſſint: aut
propterea contra eos procedi ⁊ pene alique promulgari valeāt. Ac inſuper de-
creuit: irritum ⁊ inane quicquid ſecus ſuper his a quoq̄ quauis auctoritate:
ſcienter vel ignoranter contingat attemptari. Non obſtantibus conſtitutioni-
bus ⁊c. B. fo. 35. Et ffo. 118. conce. 258.
Leo. 10. approbauit ⁊ innouauit quaſdam literas Alexandri. 6. qui la- 8
tiſſime conceſſerat monialibus ſancte Clare exēptionem a ſolutio- Pro monia
ne decimarum ⁊c. vt ſupra. Ac inſuper voluit vt predicte moniales ⁊ ſorores libus ſancte
tertij ordinis in congregatiōe ſub cura ⁊ regimine fratrum minorum regula- Clare ⁊ ter-
ris obſeruantie viuentes: ac illarum monaſteria domus ⁊ loca quecūqꝫ: quo- ciarijs.
rum fructus redditus ⁊ prouentus: pro monialium ⁊ ſororum ac aliarū per-
ſonarum in illis pro tempore degentium commoda ſuſtentiōe non ſufficiūt:
ad ſolutionem cuiuſuis decime ſeu taxe vel collecte aut exactiōis: per ſedem
apoſtolicam vel eius legatos ſeu nuncios aut quoſcūqꝫ alios quauis aucto-
ritate fungentes: pro fidei tuitione ſeu expeditione contra turcas vel recupe-
ratione terre ſancte: aut quauis alia vrgētiſſima cauſa impoſite etiam pretextu
quarūuis cenſuraꝝ ⁊ penaꝝ eccleſiaſticarum in literis exactionis huiuſmodi
appoſitarum: cogi aut compelli nequeant. Et hoc voluit diſtricte obſeruari
ſub pena excommunicationis: quam contra facientes ipſo facto incurrant: Excōicatio.
⁊ a qua non niſi per romanū pontificum pro tempore exiſtentem: abſolui poſ
ſint. Ac decreuit irritum ⁊ inane: ſi ſecus ſuper his a quoq̄ quauis auctorita
te ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. B. fffo. 48. conce. 143.
¶ IDEM leo approbauit ac de nouo cōceſſit priuilegium Eugenij. 4. ⁊ Si- 9
xti. 4. per quod moniales ſancte Clare eximuntur pleniſſime a ſolutione de- Pro monia
cimarum ſuarum terrarum ⁊ poſſeſſionum: etiam illarum quas per colonos libus ſancte
faciunt cultiuari: ac etiam a gabellis ⁊ pedagijs: vt ſupra poſitum eſt in. §. 3. ⁊ Clare.
8. Super quo etiam dat conſeruatores: omnes prelatos eccleſiaſticos. B. fffo.
44. conce. 140.
¶ IDEM Leo in concilio Lateranenſi ſtatuit: ꝙ fratres confeſſores teneā- 10
tur hortari ⁊ monere (etiam ſub onere conſcientiarum ſuarum) illos quorum Denegatio
confeſſiones pro tempore audierint: cuiuſcunqꝫ ſtatus ⁊ conditionis fuerint: abſolutiōis.
ad ſoluendum decimas: ſiue aliam bonorum ſuorum ſeu fructum quot-
tam: in locis in quibus decime ipſe: aut ſimilia ſolui conſueuerunt: ipſiſqꝫ
illas ſoluere recuſantibus: abſolutionem denegare. Et ꝙ ſuper hoc requiſi-
ti: id populo etiam publice predicare: ⁊ perſuadere teneantur. B. fffo. 26.
conce. 82.

Declarare et determinare.

1 De rebus vilibus. **Nicolaus.** 3. qualiter cõmiſe it declarationẽ rex viliũ & parui valoris: ad hoc vt fratres minores intra: & extra ordinem poſſint illas dare: & quomodo Leo. 10. ampliauit huiuſmodi conceſſionem: poſitũ eſt ſupra in dictione Dare. §. 1. & 2. vide ibi.

2 Capitulũ generale. Ieiunium. **Eugenius.** 4. conceſſit capitulo generali fratrum mino. facultatẽ ordinandi & declarandi in quibus locis & ꝓuincijs fratres debeant ieiunia regule in cibis quadrageſimalibus obſeruare: & in quibus debeant patrũ conſuetudines imitari vel aliter ſe habere. B. fo. 28. Et ffo. 112. conceſſione. 242.

3 Pro fratribus predi. Priuilegia. Collector. **Innocentius.** 8. cõceſſit ꝙ vicarius generalis ordi. ꝑdicatorum de obſeruãtia cõgregationis hiſpanie: cũ aliqua pſona in dignitate eccliaſtica cõſtituta: & duobus alijs iuriſcõſultis: habeãt auctoritatem & facultatem interpretãdi dubia que occurrerint ſuper gratijs & priuilegijs: tã ordini q̃ꝫ congregationi predictis cõceſſis. Et ꝙ fratres dicte congregatiõis ſecure poſſint ſtare declaratiõibus ꝑ eoſdẽ faciẽdis. o. ffo. 76. cõce. 195. Et fffo. 101. conce. 394. ¶ Uide circa ꝑdicta in dictiõe Priuilegia. §. 11.

4 Officiũ diuinum. **Leo.** 10. cõceſſit ꝙ caplm gñale dũtaxat: habeat auctoritatẽ declarandi dubia q̃ occurrerint circa diuini officij celebrationẽ. O. fffo. 59. cõce. 176. ¶ Uide ſupraſcriptã ꝯceſſionẽ latius i dictiõe Officiũ diuinũ. §. 19.

5 Scrupuloſi fratres. Collector. ¶ IDEM leo cõceſſit ꝙ in rebus dubijs & ſcrupulis cõſcientias fratrũ mi. ſubditorum tãgentibus: generalis vel prouinciales ſeu cuſtodes: cũ cõſilio aliquorum patrum (ſi res magne importãtie fuerint) poſſint auctoritate ſue ſanctitatis determinare in ſcrupulis & rebus hmõi: ac ꝙ eorum determinationi: ſubditi ſecura cõſcientia poſſint & debeant ſtare. O. fffo. 59. conce. 172. ¶ Uide in ſequenti conceſſione ampliationem precedentis conceſſionis.

6 Scrupuloſi fratres. ¶ IDEM leo poſtea conceſſit ꝙ omnes fratres qui ſunt nimis ſcrupuloſi: poſſint in oĩbus dubijs ſuã cõſciẽtiã tãgentibus: ſecura conſcientia ſtare determinationi ſui guardiani vel cuiuſcũqꝫ alterius prelati. o. fffo. 93. ꝯce. 287.

7 De rebus vili. ¶ IDEM leo ampliauit conceſſionem Nicolai. 3. ſuprapoſitam. §. 1. vt habetur late in dictione Dare. §. 1. & 2.

8 Oracula viue vocis. Collector. ¶ IDEM leo cõceſſit vt gñalis & qlibet ꝓuincialis in ſuis caplis poſſint declarare: vtrũ ab vſu alicuius cõceſſionis viue vocis oraculo facte debeãt fratres abſtinere &c. vt habetur late in dictione Oracula: vide ibi & bene nota in. §. 3. ¶ De declarationibus ac determinationibus varijs: factis a diuerſis ſummis põtificibus: tam ſup regulã q̃ꝫ ſup multis alijs: nõ fit hic mẽtio: quia nimis lõgũ & inutile foret oĩa illa referre: & quia iuxta diuerſitatẽ materiarum ſup quibus facte fuerunt: ſub diuerſis etiã ponuntur locis ſeu dictionibus huius compendij.

Diſpenſatio.

¶ Diſtinctio materie diſpenſationum.

Collector. ¶ Circa ea que in priuilegijs fratrũ mẽdicantiũ reperiuntur conceſſa quoad materiã diſpẽſationũ: eſt aduertendũ ꝙ aliqua illorum attinẽt ſolũ ad perſonas fratrũ: & alia ad ꝑſonas ſeculariũ qñ predictis fratribus cõfitent. Attinẽtia ad fratres pro ſuis perſonis: ſunt in duplici differentia. Nam quedã pertinẽt ad

¶. leo decimus fratribus auguſtinianis ordinis conceſſit per totum orbem criſtianũ: quemadmodum In eius bulla palam continetur: ꝙ cum his qui In primo affinitatis gradu: ſcienter aut ignoranter contraxerint modo notorium id non fuerit: neqꝫ In Iudicium produtũ: diſpẽſare

diſpenſationem faciendam in confeſſionibus. Et hec iñ ſimul cum cõceſſionibus abſolutionũ pertinentibus ad eoſdem fratres: poſita ſunt ſupra in dictione Abſolutio quoad fratres. vbicunqꝫ in marginibus reperta fuerit hec dictio Diſpenſatio. Alia vero que tangunt diſpenſationẽ que fieri poteſt extra confeſſionem ſacramentalẽ: ponuntur hic infra. §. 8. & 10. & 11. & 12. & 13. & 20 & 21. Aliqua autem que ſpectant ad moniales: cõtinẽtur infra. §. 6. & 19. Illa vero que pertinent ad perſonas ſeculares: habentur ſupra in dictione Abſolutio quoad ſeculares. 1. in. §. 19. Et in dictione Abſolutio quoad ſeculares. 2. in. §. 11. Et ſimiliter habentur nonnulla hic infra. §. 1. 0. 2. & 16.

Gregorius. 9. cõceſſit fratribus minoribus in terris quorũcunqꝫ infideliũ exiſtẽtibus: vt cũ irregularibus poſſint diſpẽſare in illis caſibus in quibus ſolent legati ſedis apoſtolice diſpenſare. b. ffo. 257. conce. 641. 1 Infideles. Irregularites.

Nicolaus. 4. cõceſſit fratribus ordinis predicatorũ in terris infideliũ exiſtentibus: vt poſſint diſpẽſare cum irregularibus partium illarũ: in caſibus in qbus ſolent legati ſedis apoſtolice: ac etiam cũ clericis ipſarum partium patientibus defectũ natalium: dũmodo non ſint de adulterio vel inceſtu: aut de regularibus ꝓcreati b. ffo. 262. conce. 680. 2 Pro fratribus ꝑdicatoribus. Infideles. Irregulares

Clemens. 4. in mari magno fecit optimã cõceſſionem circa diſpẽſationẽ ſimul & abſolu ionem: que poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quoad fratres. §. 4. & 6. 3

¶ IDEM clemens conceſſit ꝙ fratres ordini predicatorum proferentes ſine ſcripto ſententiam excõmunicationis ſuſpenſionis vel interdicti: & infra menſem celebrantes non obſtante conſtitutione hoc prohibente: poſſint a magiſtro generali & prioribus prouincialibus dicti ordinis diſpenſari: impoſita eis ſuper hoc penitentia competenti. Et ꝙ ſi prefati prelati in huiuſmodi caſu exceſſerint: poſſint a cõfeſſoribus per ipſos electis eodem modo diſpenſari. b. ffo. 72. conceſſione. 188. 4 Pro fratribus predicatoribus.

Eugenius. 4. fecit quãdam eximiam conceſſionem circa diſpẽſationem & abſolutionem: que poſita eſt etiã ſupra in dictione Abſolutio extra ordinaria quoad fratres. §. 2. 5

¶ IDEM eugenius diſpenſauit cum monialibus ſancte Clare ac tertij ordinis: ſub obedientia fratrum minorum regularis obſeruãtie exiſtentibus: vt ſolummodo teneantur ad illa ieiunia q̃ fratres dicti ordinis obſeruãtes obligati ſunt. Item ſuper ſilentio perpetuo prefatis monialibus ſancte Clare in regula impoſito: concedit generali & prouincialibus vt cum conſilio diſcretorum poſſint diſpenſare: ac ſimiliter in quibuſcunqꝫ alijs perpetuis. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47. 6 Pro monialibus. Ieiunium. Silentium.

¶ IDEM eugenius diſpenſauit cum barbitonſoribus: vbi eſt conſuetudo in ſabbatis & vigilijs de ſero radere barbas. o. fffo. 101. conce. 400 7

Pius. 2. cõceſſit ꝙ ꝑlati ordinis mi. de obſeruãtia: circa ſubditos ſuos poſſint cõdeſcendere ſeu diſpenſare cũ debilibus & infirmis: in hijs que nõ ſunt contraria regule. Et fuerunt expreſſi aliqui caſus: vt de ſotularibus in itinere ac de quitãdo: licet non ſit arcta neceſſitas vel infirmitas. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 92. Et fff. 100. conce. 382. 8 Pro iſirmis

valeant: vt denouo contrahant et In eodem matrimonio contracto item: remaneant: prole quin etiam ligitima. hoc Inuenies In quodam tratatu qui cauſa matrimonij nuncupatur ſereniſſimi regis anglie quem tratatum fecit Joannes roffenſis epiſcopus.

Collectoꝛ. ¶ Aduertēdum eſt circa hmōi cōceſſionē: ꝙ eſt velut ꝓpoſitio ſeipſam falſificans. Nam pꝛimo dicit ꝙ poſſit diſpēſari in his que nō ſunt cōtra regulā: ⁊ poſtea explicat aliqua que ſunt manifeſte cōtra regulā. Ponit eniʒ exemplū in equitatione ⁊ calciamentis ⁊c. que ſunt manifeſte de obligatorijs. Et propterea videtur ꝙ debuit hic dici: de his que non ſunt contra tria ſubſtantialia vota. Uel intelligit non eſſe contra regulam quando eſt neceſſitas talis que bono modo aliter fieri non poteſt.

9 Irregularitas. **Sixtus.** 4. dedit copioſam facultatem generali ⁊ ꝓuincialibus ⁊ eorum vicarijs ad diſpenſandum ſuper quibuſcunqʒ irregularitatibus: cum fratribus ſui ordinis: exceptis ſm̄ tribus. Uide ſupꝛa in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 10. Et in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres. §. 4.

10 Gn̄alis ⁊ ꝓuinciales. ¶ IDEM Sixtus conceſſit ꝙ generalis ⁊ pꝛouinciales ordinis minoꝛum: poſſint diſpenſare cum fratribus ſibi ſubditis: in irregularitate homicidij: dummodo tales homicide non ſint certi ꝙ ipſi actualiter occiderunt: nec pꝛo certo ſciant ꝙ fuerunt tales mandatores vel auxiliatores homicidij: ſic ꝙ ſine illis nullo modo fuiſſet tale homicidium perpetratum. o. fo. 63. Et ffo. 66. conce. 102. Et ffo. 95. conce. 319. Irregularitas.

11 Gn̄alis miniſter. Irregularitas. ¶ IDEM Sixtus conceſſit ꝙ generalis fratrum mino. habeat auctoritatem diſpenſandi in irregularitate illoꝛum fratrum mino. qui in bellis vel in alijs cauſis ſanguinis effuſionis interfuerunt. Et ꝙ tales (ſi qui ſunt) dūmodo alſs ſufficientes fuerint: poſſint pꝛomoueri vſqʒ ad ſacerdotiū. Et ꝙ in caſu quo aliqui pꝛopter iuris ignoꝛantiam: de tali caſu non aduertentes pꝛomoti fuiſſent: poſſint in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. o. fo. 64. Et. ffo. 68. cōce. 129. Et ffo. 96 conce. 336.

Collectoꝛ. ¶ Aduerte ꝙ hec cōceſſio videtur ſolum facta pꝛo illis fratribus qui tūc erāt in pꝛedicto ordine ⁊ non pꝛo futuris. Et ideo nō eſſet tutū vti illa impoſterū.

12 Gn̄alis ⁊ ꝓuinciales. Pꝛomotio ad ſacros ordines ⁊ ad ꝑlaturas. ¶ IDEM Sixtus cōceſſit generali ⁊ pꝛouinciali miniſtris ⁊ eoꝛum vicarijs: auctoꝛitatem diſpēſandi cum fratribus dicti ordinis mino. patientibus defectum natalium ex adulterio ſacrilegio inceſtu: ⁊ quouis alio nefario ⁊ illicito coitu ꝓuenientem. Necnon cum his qui ex quauis cauſa (pꝛeterq̄ʒ homicidij voluntarij bigamie: ⁊ mutilationis membꝛoꝛum) irregulares foꝛēt: poſtq̄ʒ ordinem ipſum pꝛofeſſi fuerint: diſpenſare: vt defectu ⁊ irregularitate huiuſmodi non obſtātibus: irregulares ipſi ad quoſcūqʒ etiam ſacros ordines pꝛomoueri: ⁊ in illis etiā in altaris miniſterio miniſtrare. Et ꝙ tam ipſi irregulares: q̄ʒ defectum natalium patientes pꝛedicti: ad quaſcūqʒ adminiſtrationes ⁊ officia dicti ordinis eligi recipi ⁊ aſſumi: illaqʒ gerere ⁊ exercere libere ⁊ licite valeant. B. fo. 61. Et ffo. 144. conce. 352.

Collectoꝛ. ¶ Aduertēdū eſt circa pꝛedicta de habilitatione fratrum defectum natalium patiētium: vt poſſint aſſumi ad pꝛelaturas ordinis: ꝙ in ſtatutis generalibus totius obſeruantie: in capitulo generali Burgenſi vltimo: apoſtolica auctoꝛitate editis: continetur ſequens ſtatutum.

Statutū generale. ¶ Fratres patientes defectus natalium: non fiāt pꝛelati in ordine noſtro: vel vicarij ordinarij: ita ꝙ opoꝛteat eos tenere capitulum. Nec fiāt viſitatoꝛes ordinis noſtri: aut ſoroꝛum ſancte Clare: niſi cum eis fuerit per capitulum generale: ſeu cōmiſſarium generalem diſpenſatum. Nec pꝛedicta diſpenſatio in

¶ Innocētius 8 fertur cōceſſiſſe ꝙ cōfeſſores ordinis mi. mino. poſſint diſpenſare in affinitatib9 cōtratis poſt matrimoniū cōſumatū ratione coitus viri cum cōſanguinia vxoris aut ē cōtra. et hoc q̄n ſunt iuuenes [illegible]

pꝛedictis foꝛtiatur effectum: donec ſub ſigillo autentico pꝛouincialis miniſtri fuerit certitudinaliter declarata.

¶ IDEM Sixtus cōceſſit magiſtro generali ⁊ pꝛioꝛibus ꝓuincialibus ⁊ cōuentualibus ac eoꝛū vicarijs ordi. pꝛedicatoꝝ defectum nataliū ex adulterio ſacrilegio inceſtu: ⁊ quouis alio nephario ⁊ illicito coitu pꝛouenientem patientibus: necnon cum his qui ex quauis cauſa: pꝛeterq̄ʒ homicidij voluntarij bigamie: ⁊ mutilationis mēbꝛoꝛum irregulares foꝛent diſpenſandi cum dicti ordinis pꝛedicatoꝛum pꝛofeſſoꝛibus poſtq̄ʒ ipſum ordineʒ pꝛofeſſi fuerint: vt defectu ⁊ irregularitate huiuſmodi non obſtantibus: irregulares ipſi ad quoſcunqʒ etiā ſacros ordines pꝛomoueri: ⁊ in illis etiā in altaris miniſtro miniſtrare. Et ꝙ tam ipſi irregulares q̄ʒ defectū nataliū patientes pꝛedicti: ad quaſcunqʒ adminiſtrationes ⁊ officia eligi recipi ⁊ aſſumi: illaqʒ licite gerere: libere ⁊ licite valeant. B. ffo. 240. conce. 575. 13 Ex pꝛiuile. fratrū ꝑdi.

Innocentius. 8 diſpēſauit cū toto ordine fratrum mi. ꝙ poſtq̄ʒ fratres huiuſmodi attigerint vigeſimū tertiū etatis annū: dumtamē ſufficientes ſint: poſſint pꝛomoueri ad ſacerdotiū: ⁊ miſſas celebꝛare: non obſtante iure: ceteriſqʒ in contrarium facientibus. o. fo. 65. Et. ffo. 69. conce. 147. Et ffo 99. conce. 356. 14 Sacerdotiū

¶ Aduerte ad infra poſita in fine ſequentis conceſſionis. Collectoꝛ.

¶ IDEM Innocencius conceſſit poſtea ꝙ generalis ⁊ pꝛouinciales poſſint diſpenſare cum fratribus ſuis in vigeſimo ſecundo anno completo: quo ad ſacerdotium. o. fo 65. Et. ffo. 69. conce. 158. 15 Sacerdotiū

¶ Aduertendū eſt circa iſtam cōceſſionem ⁊ alteram immediate ſupꝛapoſitā: ꝙ poſt moꝛtem Innocētij. 8. qui pꝛedictas cōceſſiones ſeu diſpēſatiōes fecit: fuit ordinatū in capitulo generali Floꝛentiaci celebꝛato: id quod ſequitur. Collectoꝛ.

¶ Inſuper cum ad ordinem ſacerdotij nō debeat quis aſcēdere faciliter: niſi cui ſuffragetur etas ⁊ moꝛū grauitas: deinceps cum aliquo nō diſpenſetur vt ſacerdos efficiatur: qui vigintiquinqʒ etatis ſue annos nondū attigerit. Aut ſi caſus neceſſitatis emerſerit: pꝛopter ſacerdotum paucitatem: ſaltem qui diſpenſauerit: conſilium quatuoꝛ guardianoꝛum ſimul requirat: qui ſupꝛa diſpenſandi neceſſitatem debeant arbitrari: quoꝝ cōſcientie ſint onerate: vt qđ erit neceſſarium (penſatis vndiqʒ penſandis) ipſi conſulāt. Habetur hoc. fo. 226 in tractatu. 3. Et. ffo. 245. tractatu. 2. Statutū generale. Sacerdotiū

¶ Poſthoc in capitulo generali Burgenſi in ſtatutis generalibus pꝛo toto ordine factis: pꝛope finē pꝛimi capituli ordinatum eſt circa ſupꝛadicta ſub foꝛma ſequenti.

¶ Ad ſacerdotiū vero nō pꝛomoueatur quis: anteq̄ʒ vigeſimū quintū annū etatis ſue attigerit: ⁊ quintū annū cōpleuerit in religione: niſi miniſter pꝛouincialis cum conſilio diſcretoꝛum: aliter iudicauerit faciendum. Statutū generale.

¶ Et quia huiuſmodi ordinationes facte ſunt auctoꝛitate apoſtolica: ideo pꝛefatis diſpenſationibus apoſtolicis: nequeunt vti fratres mino. pꝛeſertim quia pꝛedicte cōceſſiones fuerant oꝛacula viue vocis: que a capitulis ſuſpēdi poſſunt vt habetur infra in dictione Oꝛacula. §. 3. Collectoꝛ.

¶ IDEM Innocentius cōceſſit ꝙ confeſſoꝛes ordinis mi. obſeruantie: pꝛeſentati ſm̄ foꝛmam quā ipſe tradidit vel appꝛobauit: que habetur ſupꝛa in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. 1. in. §. 13. poſſint diſpēſare in omnib9 vo 16. Uotum.

¶ Hec cōceſſio nō habetur in libꝛis ordinis impꝛeſſa: ſed ego reperi illā in quodā libꝛo cuiuſdā boni patris: ſ. peritiſſimi cōfeſſoris.

ris in quibus poſſunt epiſcopi:exceptis votis peregrinatiōis vltra duas dictas.o. fo.65.Et ffo.69.conce.155.Et fffo.98.conce.353.

17 Pro fratri. pdicatorib⁹ Paupertas. ¶ IDEM Innocentius motu proprio ⁊ ex certa ſcientia diſpenſauit cū fratribus ordinis predicatorū obſeruantibus congregatiōis hiſpanie:ſuper poſſeſſionibus ⁊ redditibus habendis:iuxta formā bulle mare magnum nuncupate:auferendo maledictionē ſancti Dñici:⁊ non obſtātibus cōſtitutionib⁹ dicti ordinis prohibentibus ne fratres eiuſdem ordinis habeāt poſſeſſiones.o.ffo.76.conceſſione.195.

18 Celebrare. ¶ IDEM Innocentius diſpenſauit circa horam celebrandi miſſas:prout habetur ſupra in dictione Celebrare.§.7.⁊.8.

19 Votum. **Alexander.** 6.conceſſit ꝙ generalis fratruz mi.poſſit diſpēſare cū bizochis viuentibus in cōgregatione:quādo fecerunt votum religionis ſancte Clare:ꝙ remaneant ibi:ſi cōmode nō poſſunt intrare monaſteria ſancte Clare.o.fffo.99.conce.360. Et Sixtus 4.conceſſit ꝙ poſſit diſpenſari cum dictis bizochis:dūmodo ſeruent tria vota ſubſtātialia quādo nō inueniūt qui velit eas acceptare.Et ꝙ qñ bono modo nō poſſunt intrare monaſteria ſancte Clare:ꝙ non teneantur.o.fffo.99.conce.360.

20 Gñalis miniſter. Irregularitas. **Julius.** 2 cōceſſit generalibus ordinis minoꝝ facultatem diſpenſandi ſuper quacunqȝ irregularitate per fratres ordinis predicti regularis obſeruantie quomodolibet(preterꝙ̄ ex homicidio voluntario:aut preſtatione auxilij vel fauoris huiuſmodi homicidio:aut ex bigamia ꝓueniēte)ita vt illa non obſtante:ad omnes ordines etiam ſacros ac etiam preſbiteratus promoueri poſſint.o.fffo.91.conce.263.

21 Sacerdoꝰt ¶ IDEM Julius diſpenſauit cum fratribus ordinis minimoꝝ:vt in vigeſimo ſecundo ſue etatis anno:ad preſbiteratus ordinem (alias tamen rite) ſe promoueri facere libere poſſint.B.fffo.8.conce.23.

22 Officium diuinum. **Leo.** 10.diſpenſauit in multis circa diuinum officium:propter ſcrupuloſos ⁊ infirmos:que ponuntur infra in dictione Officium diuinum.§.16.⁊.17.⁊.18.vſqȝ in finem.

23 Irregularitas. ¶ IDEM Leo fecit quamdam eximiam conceſſionem ſuper diſpenſatione irregularitatum:ſed quia eſt tēporalis.ſ.vſqȝ ad annum.1533.ideo non ponitur hic:habetur tamen.o.fffo.91.conce.267.

Collector. ¶ Vide aliqua ad huiuſmodi materiam attinentia:ſupra in dictione Declarare ⁊ determinare.

Eccleſie fratrum.

Collector. ¶ Diſtinctio materie eccleſiarum fratrum.

¶ Quo ad eccleſias fratrum mendicantiū:multa ⁊ varia reperiuntur in priuilegijs eorūdem fratrum conceſſa ⁊ ſtatuta.Et primo ea que pertinēt ad edificationem huiuſmodi eccleſiaꝝ:ponuntur in dictione Edificare.Ac etiā nōnulla ad idem pertinentia:habentur in dictione Altare.Secundo illa que attinēt ad benedictionem ſeu cōſecrationem predictaꝝ eccleſiarum:poſita ſunt ſupra in dictionibus Benedicere ⁊ Conſecrare.Tertio alia que concernunt exemptionem ⁊ immunitatem earundem eccleſiarum:reperiētur in dictione Exemptio.§.10.⁊.21.⁊ hic infra.§.4.⁊.6.⁊ 10.ac.11. Quarto ſunt aliqua que fratres predicti tenentur ſeruare in ſuis eccleſijs reſpectu prelatorum eccleſie:prout habetur infra.§.7.⁊.8.⁊.9.Vltimo inueniunt multe indulgētie conceſſe viſitantibus prefatas eccleſias.Sed hec ad longum continentur in dictione Indulgentie quo ad ſeculares.§.1.⁊.2.ac.3.Vide ibi.

¶ Eugenius.4. conceſſit monachis ſancti Benedicti valliſoletani confeſſores deputatis ab ipsorum prelatis ad audiendas confeſſiones:vt vota omnia permutare:ac in omnibus ⁊ ſingulis caſibus:etiā ordinarijs:abſ[illegible] ꝓuinciales ⁊ conſtitutiones reſeruatis:ni ſibi confeſſis ſinodales vel prouinciales [illegible] diſpenſare:preter eas cenſuras ⁊ penas:vota ⁊ caſus de quibus eſſet merito ſedes apoſtolica cōſulenda. B.

Innocentius. 4.decreuit vt omnes eccleſie fratruz mi.vbi cōuentus exiſtūt:cōuentuales vocentur.Et conceſſit licentiā:vt in ipſis eccleſijs ad opus fratrum ⁊ conuerſorum ſeu oblatorū ſuoꝝ:libere habere cemiteria poſſint ⁊ valeant.b.fo.21.Et.ffo.23.conce.9. 1 Cemiteria.

¶ IDEM Innocentius cōceſſit fratribus ordinis ſancti Auguſtini:vt ꝓ cōſecrationibus altariū ſeu eccleſiaꝝ:ac pro oleo ſancto ⁊ quolibet eccleſiaſtico ſacramento:nullus ab eis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo:quicꝙ̄ audeat extorquere:ſed hec omnia gratis eis epiſcopi dioceſani impēdant:alioquin liceat eis quoſcunqȝ maluerint catholicos adire antiſtites:gratiā ⁊ cōmuniōnē apoſtolice ſedis habētes:qui apoſtolica auctoritate faciant predicta.Et voluit ꝙ ſi ſedes dioceſanoꝝ epiſcopoꝝ forte vacauerint:interim oīa eccleſiaſtica ſacramenta:a vicinis epiſcopis accipere libere ⁊ abſqȝ contradictione poſſint.Sic tamen vt ex hoc in poſterum proprijs epīs nulluz preiudiciū generetur.B.ffo.247.conce.605.Vide circa hoc infra.§.7. 2 Pro fratribus auguſti. Epiſcopi. Sacramēta

Clemens. 4.inhibuit:vt null⁹ eccleſias aut loca fratrū mi. auſu temerario preſumat infringere:aut in illis damnabilē violentiā exercere.Et voluit ꝙ illi qui ſecus facere preſumpſerint:ipſofacto ſententiam excōmunicationis incurrant:a qua non poſſint abſolui niſi per ſedē apoſtolicam:vel per conſeruatores ab ea eidem ordini deputatos.B.ffo.105.conce.226.¶ Circa hoc vide infra.§.vltimo. 3 Excōicatio.

Sixtus. 4.conceſſit fratribus mi.vt in eccleſijs curatis ſeu parrochialibus quas eos habere cōtigerit:poſſint per capellanum per eos pro eorum nutu ponendum ⁊ ammouēdum:curam huiuſmodi exercere:qui ꝙ̄diu capellanatus huiuſmodi fungetur officio:ac ſi dicti ordinis mi.profeſſor exiſteret:dictoꝝ fratum libertate ⁊ exemptione fruatur.Eccleſie vero predicte ⁊ illaꝝ bona:illa(qua domus fratrum predicte ordinis) prerogatiua letentur.B.fo.60.Et ffo.144.conce.351. 4 Pro eccl'ijs parrochialibus fratruz Exemptio.

¶ Circa prefatam conceſſionem vide infra.§.6.

Julius. 2.conceſſit fratribus ordinis minimorū ꝙ omnes ⁊ ſingulas eccleſias ⁊ oratoria quecunqȝ eiuſdem ordinis:tam recepta ꝙ̄ recipienda:nondum conſecratas ſeu cōſecrata:facta prius requiſitione epiſcopis locorum:eiſqȝ recuſantibus vel negligentibus:per quemlibet alium catholicum epiſcopum poſſint conſecrari facere.B.fffo.8.conce.29. 5 Pro fratrib⁹ minimis. Conſecrare.

Leo. 10.in concilio Lateranenſi ſtatuit ⁊ ordinauit ꝙ epiſcopi ⁊ eorum ſuperiores ⁊ alij prelati eccleſiarum:poſſint viſitare eccleſias parrochiales:ad fratres (ratione locorum) legitime ſpectantes:quo ad ea que ad parrochianorum curam ⁊ ſacramentorum conſeruationem ⁊ adminiſtrationem pertinent:ſine tamen viſitatorum inſolito grauamine vel impenſa. Et ſimiliter ſtatuit:ꝙ predictarum eccleſiarum curam gerentes:⁊ circa illam delinquentes. Si religioſi fuerint:iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta:intra ſepta regularis loci:ſeculares vel preſbyteros ⁊ fratres huiuſmodi beneficia obtinentes:libere tamꝙ̄ ſue iuriſdictioni ſubiectos: 6 Viſitare.

punire poſſint prefati prelati eccleſiarum. B. ffo. 25. conce. 69.
7 ¶ IDEM Leo in prefato cōcilio ſtatuit: ꝙ fratres ab alieno epiſcopo conſe
Epiſcopi. crationem eccleſie vel altaris aut cemiterij benedictionē petere nequeāt: nec in
Bñdicere. eccleſijs per eos pro tempore edificandis primū lapidē per alienū epm ponifa
cere: niſi vbi ordinarius bis aut ter (cum debitis reuerentia ⁊ inſtantia) requi-
Edificare. ſitus: ſine legitima cauſa id recuſauerit. B. ffo. 26. conce. 79.
8 ¶ IDEM Leo ſtatuit: ꝙ vt debitus honor matrici eccleſie reddatur: tā fra-
tres ꝙ̄ alij clerici ſeculares: die ſabbati maioris hebdomade anteꝙ̄ campana
cathedralis vel matricis eccleſie pulſauerit: campanas in eccleſijs ſuis pulſa
re minime poſſint. Contra autem facientes: penam centum ducatorū incur-
rant. B. ffo. 26. conce. 80.
9 ¶ IDEM Leo ſtatuit: vt cenſuras per ordinarios latas ⁊ promulgatas: ac
Cenſure. in matrici eccleſia ciuitatum: necnon in collegiatis ⁊ parrochialibus eccleſijs
caſtrorum ⁊ oppidoꝝ reſpectiue ſolēniter publicatas: teneantur fratres (quan
do ſuper hoc ab eiſdem ordinarijs fuerint requiſiti) in eccleſijs domorum ſua
rum publicare ac ſeruare. B. ffo. 26. conce. 81.
10 ¶ IDEM Leo conceſſit ꝙ prelati ordinis mi. obſeruantie poſſint in ſuis ec
Sepultura. cleſijs ⁊ capellis: exhumare corpora defunctoꝝ: ⁊ ad alias ſepulturas in eiſdē
Exhumare. eccleſijs ſuis transferre: de cōſenſu tñ illoꝝ quoꝝ intereſt. B. ffo. 58. cōce. 162.
11 ¶ IDEM Leo conceſſit: ꝙ infringentes vel aliquam violentiam in ec le-
ſijs vel locis fratrum mi. facientes poſſint abſolui: prout poſitum eſt ſupra in
Abſolutio. dictione Abſolutio quoad ſeculares. 2. §. vltimo.

Edificare.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

Collector. ¶ Quoad edificationem eccleſiarum ⁊ conuētuum fratrū mino. ⁊ alioꝝ mē
dicantium: reperiuntur multa ⁊ varia in priuilegijs predictorum fratruz que
inferius tali ordine ponuntur. Primum namqz locum habent ea que ſpectāt
ad fratres mi. in particulari. Reliqua vero loca poſſident ſucceſſiue illa que
ad alios fratres mendicantes pertinent: prout infra videbitur.

¶ Pro fratribus ordinis minorum.

1 CLemens. 4. prohibuit fratribus ordinis p̄dicatoꝝ:
⁊ penitētie Jeſu xpi: ⁊ carmelitarū ac ſan-
cti Auguſtini: ⁊ monialibus ſancte Clare: alioꝝūqz ordinū in
Prohibitio paupertate fundatoꝝ: ac omnibus mulieribus p̄dictoꝝ ordi-
num: aut alioꝝ quorūcunqz: ne aliquod monaſteriū eccleſiaz
aut oratorium edificare ſeu conſtruere p̄ſumant infra ſpatiuz
trecentaꝝ cannarū ab eccleſijs fratrū mi. menſurandarum per aerem: etiam
vbi alias recte menſurari loci diſpoſitio nō permittit. Nulli quoqz ſeculari
vel religioſo cuiuſcunqz profeſſionis voluit licere: eccleſiam vel monaſterium
ſeu oratorium iam edificatum in aliquem trāſferre de ordinibus memoratis
infra ſpaciū predictaꝝ trecentaꝝ cānaꝝ. Et quālibet iſtaꝝ cannaꝝ voluit octo
palmorum longitudinem continere: nō obſtante varia locorum cōſuetudine:
ſiue priuilegijs ⁊ litteris quibuſcunqz a ſede apoſtolica ſub quacūqz verboꝝ
forma cōceſſis ſeu etiam concedendis: que de preſentibus ſpecialem ⁊ expreſ-
ſam non fecerint mētionem. Preterea ſtatuit vt quidquid contra huiuſmodi

ordinatiōis ⁊ inhibitionis tenorē: ex nunc in antea edificatū fuerit: diruatur.
b. fo. 31. Et ffo. 30. conce. 28. Circa hoc vide infra. §. 8.
¶ IDEM Clemens cōceſſit ꝙ liceat fratribus ordinis minoꝝ: cum de prio- 2
ribus locis ſuis ad alia loca ſe transferunt: tam omnē edificioꝝ materiam lo-
corum q̄ dimittunt (dedicatis eccleſijs dūtaxat exceptis) ꝙ̄ libros: calices ⁊ pa-
ramenta: ſecum ad alia loca transferre. Ac edificia ipſa cū ſolo ⁊ alijs ad eadez
loca pertinentia (preter eccleſias) per perſonas a ſede apoſtolica deputatas. i. p
ſindicos vendere: ipſorumqz precium in alioꝝ locoꝝ ad q̄ dicti fratres ſe trāſ Vendere.
ferunt edificationem: ſeu alias in eoꝝ vtilitate cōuertere: ſm quod eis meliꝰ
videbitur expedire. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 340.
Clemens. 5. in declaratione regule fratrū mi. declarauit: nō cōueni- 3
re predictis fratribus vllo modo: ꝙ fieri faciāt: vel fieri
ſuſtineant eccleſias vel alia quecūqz edificia: que conſiderato fratrū inhabitā Paupertas.
tiū numero: exceſſiua i magnitudine ⁊ multitudine debeāt reputari. Ideoqz
voluit ꝙ vbiqz in toto ordine fratres tēperatis ⁊ humilibus edificijs ſint ꝯtē
ti: ne tante paupertati promiſſe: quod patet oculis: contrarium foris clamet.
B. fo. 15. tractatu. 3. Et. b. ffo. 16. tractatu. 2.
Paulus. 2. inhibuit fratribus mi. cōuentualibus: ſub excōmunica- 4
tiōis pena: ipſo facto incurrēda: ⁊ a qua nequeāt abſolui Contra ffes
niſi per Romanū pontificem (preterꝙ̄ in mortis articulo) ne ꝓprio motu vel conuētuales
induſtria: aut per ſe: vel alium: ſeu alios: quouis queſito colore impediant fra
tres predicti ordinis obſeruātes: recipere domos eis oblatas: neqz eiſdem mo Excōicatio.
leſtam aliquam inferre preſumant. B. ffo. 94. conce. 204.
Sixtus. 4. cōceſſit omnibus fratribus mi. obſeruātie ꝙ ſana conſcīē 5
tia poſſint habitare domoſquas habent in ciuitatibus ⁊ ca
ſtellis: p eorum cōmoditate. o. fo. 63. Et ffo. 66. conce. 101.
¶ IDEM ſixtus conceſſit ꝙ fratres mi. predicti non obligentur in cōſcien- 6
tia: ſi non recipiant loca vel monaſteria etam fratrū cōuentualiū: ꝙ̄ etiā de no
uo erigēda: vel alia quecūqz: etiā ſi eis precipiatur p obediētiam ⁊ ſub pena ex Excōicatio.
cōicationis late ſentētie ⁊ alijs cēſuris. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 112.
¶ IDEM Sixtus conceſſit generali fratrū mi. obſeruantie licentiā ⁊ facul- 7
tatem: ea loca que fratribus ſuis minus cōmoda eſſe cognouerit: dimittendi
in manibus ordinarioꝝ locoꝝ: ⁊ illa licite deſerendi: prout ei viſum fuerit ex- Generalis
pedire: ſuper quo eiuſdē generalis conſcientiā onerat. Et hoc voluit: non ob- miniſter.
ſtāte cōſtitutione Bonifacij. 8. ꝓhibēte loca ſemel recepta nō deſeri: ⁊ alijs apo
ſtolicis conſtitutionibus: ceteriſqz contrarijs quibuſcūqz. B. fo. 47. Et ffo.
131. conce. 293.
Julius. 2. declarauit ꝙ coarctatio ſeu reductio trecentoꝝ cannaruz ad 8
cētum quadraginta: cōtra fratrū predicatorum priuilegiū fa- Cōicatio p̄-
cta per Clementē. 4. nō debet nocere fratribus mino. nec priuilegioꝝ cōicatio uilegiorum.
nem in damnū ſed in fauorem predictoꝝ fratrū mi. eſſe cōceſſam. Ac potiori p
cautela predictum priuilegiū Clementis: trecentaꝝ cānaꝝ: ſupra. §. 1. poſituz Nota.
⁊ inde ſequuta quecūqz predictis fratribus minoribus confirmauit ⁊ appro
bauit: ⁊ quatenus opus eſſet: predictaꝝ trecentaꝝ cānarū priuilegiū: auctorita
te apoſtolica eiſdē fratribus mi. de nouo conceſſit. B. ffo. 231. conce. 535.
¶ IDEM Julius conceſſit fratribus mi. ꝙ ſi a principe: duce: marchione 9

aut comite: vt aliquam domũ dicti ordinis edificẽt: requiſiti fuerint: domũ
huiuſmodi pro vſu ⁊ habitatione perpetuis fratrũ dicti ordinis regularis ob
ſeruantie: cõſtrui ⁊ edificari: ac locum pro huiuſmodi conſtructione recipere
poſſint ⁊ valeant. B.fo.43.Et ffo.126.conce.278.

10 ¶ IDEM Julius approbauit cõceſſionem immediate ſuprapoſitã: ſupplẽ
do aliquos defectus qui in eius relatione interuenerant. Ac voluit ⁊ decreuit
ꝙ litere predicte valeant: ⁊ predictis fratribus ſuffragẽtur: non obſtante con
ſtitutione Bonifacij.8. in contrarium faciente: ceteriſqꝫ contrarijs qbuſcũqꝫ
B.ff.211.conce.515.

11 ¶ IDEM Julius ſtatuit: ꝙ fratres mi. qui in vna prouincia ſm morem di
cti ordinis viuunt: nequeant edificare domos in alia ꝓuincia que ſub aliena
Prouincia. obedientia exiſtant: niſi de licentia generalis. Et decreuit irritũ ⁊ inane quicqd
in contrariũ attentari contigerit. B.fo.43.Et ffo.126.conce.276.

12 ¶ IDEM Julius ſtatuit circa ſupradicta clarius idem quod antea. ſ. ꝙ fra
tres mi. obſeruãtie: cuiuſcũqꝫ prouincie ſeu cuſtodie: in alia quacunqꝫ ꝓuin
Prouincia. cia ſeu cuſtodia: etiam de obſeruãtia: domos pro eoꝝ vſu ⁊ habitatione: nõ ſo
lum non edificent: ſed nec ab alijs quibuſcunqꝫ perſonis (ſine licentia gene
ralis) edificatas recipere valeant. B.ffo.227.conce.532.

13 **Leo.** 10. conceſſit ꝙ adueniente caſu neceſſitatis: eccleſie tam fratrũ mi.
q̃ʒ monialum ſancte Clare obſer. poſſit transferri ⁊ mutari d vno
Pro eccleſijs loco ad alium. Et locus prioris eccleſie reduci ad vſus humano: ſm commo
fratrum ⁊ ditatem dictorum locorum ⁊ monaſteriorum: dummodo materia edificioꝝ
monialiuꝫ. ponatur in eccleſia alia. O.fffo.92.conce.277.

14 ¶ IDEM Leo conceſſit poſtea ꝙ miniſtri prouincialis ordinis mi. loca eis
minus cõmoda: ab ipſis non omnino derelicta: poſt conſtitutionẽ Bonifacij
Eccleſie fra pape.8. conſtructa: poſſint illa pro ſua deuotione tenere ſine fratrib⁹ illa inha
trum. bitantibus. Ita tamen ꝙ aliquando ea viſitent: cum tempus oportunũ fuerit:
⁊ in eoꝝ eccleſijs aliquando celebrent. O.fffo.61.conce.189.

¶ Pro fratribus predicatoribus.

15 **Clemens.** 4. poſtq̃ʒ conſimile priuilegiũ ſicut ſuprapoſitum. §.1. cõ
Reſtrictio. ceſſerat fratribus ordinis predicatorum: reſtrinxit illud
quo ad huiuſmodi fratres: reducendo ad ſpacium centum quadraginta can
narum. b.fo.30.Et.ffo.31.conce.29. Vide ſupra. §.8.

¶ Pro fratribus carmelitis.

16 ¶ IDEM Clemẽs.4. cõceſſit fratribus ordinis Carmelitaꝝ ne aliqui reli
gioſi ordinum mendicantiũ: eccleſias ſeu queuis loca edificare ſeu conſtruere
aut per alios cõſtructa ſeu edificata recipere: aut inhabitare iuxta loca predicti
ordinis: infra ſpacium centum quadraginta cannarum mẽſurandarum etiaꝫ
per aera (vbi alias recte non permitteretur loci diſpoſitio menſurari) quoquo
modo preſumant: decernens quicquid ſecus actum fuerit irritũ ⁊ inane. B.
fo.89.Et ffo.172.conce.405.

17 **Vrbanus.** 4. conceſſit fratribus ordinis Carmelitarũ: vt ſi aliqui
chriſtifideles aliqua loca ad ſe ſpectantia: que feudalia
ſeu cenſualia non exiſtant: eis contulerint: liceat eis de conſenſu dioceſanoꝝ
illa recipere: ac in eoꝝ ſingulis eccleſiam aut oratorium cum campanili ↄſtrue
Epiſcopi. re: ⁊ inibi diuina officia celebrare. B.fo.81.Et ffo.165.conce.388.

¶ Aduerte ꝙ prefata confeſſio eſt valde notabilis: ſed multomagis ampliatio Collector.
eius: que immediate ſequitur. ⁊ alia in. §.20.

Sixtus. 4. confirmauit ſupradictam conceſſionẽ Urbani: ⁊ inſuper 18
extendit illam ad quecunqꝫ loca: domos ⁊ eccleſias etiã par Ampliatio.
rochiales: nõ obſtante conſtitutione Bonifacij.8. prohibẽte ne cuiuſuis ordi Nota.
num mendicantium fratres: noua loca ad habitandum recipiant: vel recepta
mutare preſumant: ſine ſedis apoſtolice licentia ſpeciali: faciente ſpecialem ⁊
expreſſam de prohibitione huiuſmodi mentionem. B.fo.104.Et.ffo.187.cõ
ceſſione.481.

¶ Vide aliam conceſſionem adhuc ampliorem que ponitur infra. §.20. Collector.

¶ IDEM Sixtus prohibuit: vt nõ ſolum fratres mendicantes: verũ etiam 19
quicunqꝫ alij religioſi vel eccleſiaſtice perſone vtriuſqꝫ ſexus: ꝓpe domos fra
trum dicti ordinis de Monte carmelo: nouas eccleſias ⁊ loca conſtruere: vel
alias de nouo recipere ⁊ habere poſſint: infra ſpacium cẽtum quadraginta
cannaꝝ per aerem menſurandarum: vbi alias cõmode per terram mẽſurari
nõ poſſent. Et ꝙ ſi quis (cuiuſuis cõditionis: ſtatus: aut dignitatis fuerit) con
tra predicta venire aut agere preſumpſerit: tam ipſe q̃ʒ auxilium vel fauorem
preſtantes: ipſo facto incurrant ſententiam excõicationis. Et nihilominus cũ Excõicatio.
cta ⁊ ſingula ab eis facta: pro infectis habeantur. B.fo.100.⁊ ffo.184.conceſ
ſione.457.

¶ Pro fratribus ordinis minimorum.

Julius. 2. conceſſit fratrib⁹ ordinis minimorũ: vt domos ſeu eccleſias 20
loca ⁊ oratoria quecũqꝫ pro eoꝝ perpetuis vſu ⁊ habitatione
poſſint conſtituere ⁊ edificare: ſeu conſtrui ⁊ edificari facere: abſqꝫ alia deſup
facienda noua conceſſione apoſtolica. Et ꝙ ordinis ꝑdicti conſeruatores quo Cõſeruato
ties opus fuerit eidem ordini minimoꝝ: ac illius perſonis: in premiſſis effica res.
cis defenſionis: preſidio aſſiſtant: nec prelati eccleſiaſtici quicunqꝫ: cuiuſcũqꝫ
nobilitatis exiſtant: in aliquo damnificare: moleſtare: perturbare nec inquie
tare vllatenus audeant: ſub excommunicationis late ſententie pena inhibere Excõicatio.
poſſint. B.fffo.8.conce.27.

¶ Aduerte ꝙ in huiuſmodi conceſſiõe videtur cõcedi: qd̃ ꝑdicti fratres poſ Collector.
ſint edificare loca ſeu conuentus vbiqꝫ: ſeu edificata recipere abſqꝫ aliqua li
centia: etiam ordinario aut alio prelato eccleſiaſtico contradicente. Hoc auteꝫ
eſt quid magnum: ⁊ nuſq̃ʒ alias conceſſum: ſaltem qd̃ reperiatur in libris ꝑui Nota.
legiorum ordinum.

Egredi ordinem vel clauſuram.

¶ Circa egreſſionem fratrum mino. obſeruãtie: ab ordine: ſeu ab obedien Collector.
tia prelatorum: continentur multa in priuilegijs predictorum fratrum: prout
habentur ſupra in dictione Apoſtate. ⁊ in dictione Exempti fratres particula
res. Ac etiam infra in ſequenti dictione Eijcere ſeu expellere ab ordine.

¶ Quo ad egreſſum vero monialium ſancte Clare a clauſura ſuorum mona
ſteriorum: in quibus caſibus liceat ⁊ in quibus non: habetur ſupra in dictio
ne Clauſura monialium. Vide ibi ⁊ nota bene.

Eijcere ſeu expellere ab ordine.

1 **Innocentius.** 4.prohibuit diſtricte vt fratres mi. quos gñalis aut ꝓuinciales miniſtri:
Predicatio. Confeſſio. ab ordine ꝑ ſuis culpis expellere cõtigerit:vel egreſſi fuerint ꝓ
prio ſuo motu:non pſumant pdicare:ſeu confeſſiones audire:
vel docere:niſi(de licẽtia ſedis apoſtolice: aut predictoꝝ mini-
Excõicatio. ſtroꝝ)ad aliũ trãſierint ordinẽ.Et voluit ꝙ ſi cõtra huiuſmodi
inhibitionem aliquid fuerit temere attentatum:poſſint dicti miniſtri in illos
ſententiam excõmunicationis ꝓmulgare.B.fo.36.Et ffo.120.conce.261.

2 ¶IDEM Innocentius conceſſit vt eiecti vel egreſſi de predicto ordine mi.
poſſint trãſire ad alios ordines approbatos: preterq̃ ad beati Auguſtini:tem
plarioꝝ:hoſpitalarioꝝ ⁊ aliorum religioſoꝝ arma portantium: deferendo ta-
Licentia. men literas teſtimoniales generalis vel ꝓuincialis dicti ordinis. Et inhibuit
diſtricte ne tales fratres aliter ad alium ordinem tranſeant:vel aliqui eos reci
Recipere fratres. pere ſeu retinere preſumant:abſq; licentia ſpeciali ſedis apoſtolice faciente de
preſentibus mentionem.B.fo.37.Et ffo.120.conce.262.

3 **Clemens.** 4.in mari magno ꝓhibuit ⁊ ſtatuit ſupradicta per eadeꝫ verba formalia.B.fo.58.Et ffo.141.conce.330.⁊.331.

4 **Alexander.** 6.conceſſit facultatem generalibus ordinis minorũ vt
Generalis. per ſemetipſos dumtaxat:⁊ prouincialibus:vt per eos
Prouĩciales cum conſenſu maioris partis capituli ꝓuincialis:fratres dicti ordinis quos
Habitꝰ ordinis minoꝝ. incorregibiles repererint:habitu expoliare valeant:⁊ ab ordine eijcere: ac con
tra quoſcũq; eis auxilium:ꝯſilium:vel fauorẽ publice vel occulte:directe vel
Incorregibiles. indirecte:aut quouis queſito colore ſuper dicti habitus delatiõe pſtantes:etiã
cuiuſcunq; dignitatis:gradus: ordinis ⁊ conditionis fuerint:per cẽſuras ec
cleſiaſticas:ac alia iuris opportuna remedia(appellatione poſtpoſita)ꝓcedẽdi:
inuocãdo etiam ſi opus fuerit auxiliũ brachij ſecularis.b.ffo.56.conce.65.

5 **Leo.** 10.cõceſſit generalibus ⁊ prouincialibus ordinis mino.vt fratres
Nouicij. eiuſdem ordinis etiã profeſſos:qui grauiſſimis ⁊ ſcandaloſis deli-
Profeſſio. ctis notatis ⁊ diffamati fuerint:que fraudulenter ⁊ doloſe in eoꝝ receptione ⁊
profeſſionis emiſſione(monitione ſuper his per predictos prelatos premiſſa)
tacuerunt:non obſtante ꝙ iam recepti ſint ⁊ profeſſionẽ emiſerint (ne morbi-
da ⁊ infecta pecus ouile dñi corrumpat:⁊ vt alijs cedat in exemplũ)a domibꝰ
⁊ conuentibꝰ dicti ordinis expellere ⁊ remouere:libere ⁊ licite poſſint ⁊ valeãt:
prout conſcientijs predictoꝝ miniſtrorum(quas ſuper hoc onerat)viſum fue
rit iuſtum ⁊ honeſtum.B.ffo.19.conce.61.

Electio.

¶Diſtinctio materie electionum prelatorum ordinis.

Collector. ¶Aduertendum eſt ꝙ de multiplicibus electionibus fit mẽtio in priuilegijs
fratrum minoꝝ.Primo de electiõe generalis miniſtri.Et quo ad huiuſmodi
electionẽ habetur infra.§.2.⁊.3.⁊.9.⁊.10.Scdo de electione vicarij totius or-
dinis.Et hoc continetur infra.§.6.Tertio de electione miniſtroꝝ ꝓuincialiũ
de qua habetur infra.§.3.⁊.7.Quarto de electione cuſtodum ⁊ guardianoꝝ:
vt habetur in dictionibus:Cuſtos:⁊ Guardianus:⁊ infra.§.5.Ultimo d̃ ele-
ctiones abbatiſſarum:prout continetur in dictione Abbatiſſa; vbicunq; in
margine ⁊ poſita hec dictio Electio.

Alexander. 4.inhibuit:vt nulli fratres ordinis mi. 1
ſi eos in epos eligi:aut poſtulari contige- Epiſcopi.
rit:electioni aut poſtulationi de ſe facte audeant cõſentire: nec
aliquis archieps ſeu quicunq; alius prelatus vel legatus ſedis
apoſtolice:niſi fuerit cardinalis:dictos fratres(niſi de licẽtia ⁊
aſſenſu generalis ⁊ ꝓuincialium miniſtroꝝ aut ſedis apoſtoli
ce ſpeciali mãdato)ad epiſcopatus vel alias dignitates aſſumere vel ordinare
preſumant.Et decreuit irritum ⁊ inane quicquid ſecus a quocũq; contigerit
attentari.b.fo.23.Et ffo.25.conce.13.

Clemens. 4.cõceſſit vel ſtatuit:vt gñalis miniſter ordinis mi.ſtatĩ 2
poſtq̃ electus(ſcdm regulã ⁊ cõſtitutiones) fuerit: eoipſo De generali
verus eiuſdẽ ordinis generalis miniſter effetus:curã aĩarum fratrũ ipſius or- miniſtro.
dinis plenã habeat ⁊ libere gerat:ipſoſq; fratres auctoritate propria ligare ac
ſoluere:necnon in eodem ordine agere valeat:que ipſe miniſter ⁊ diffinitores
ad hoc electi:iuxta cõſtitutiones ordinis:eidem ordini ⁊ fratribus ſcdm deũ
viderint expedire.B.fo.56.Et ffo.139.conce.307.

¶IDEM clemens ſtatuit ⁊ conceſſit ꝙ in electionibus gñalis ⁊ prouincia- 3
lium miniſtroꝝ predicti ordinis mi.fratribus qui debẽt electionẽ huiuſmo- De gñalibus
di celebrare:tempus ſuper hoc a iure ſtatutum nõ currat:nec ipſi in hac parte ⁊ prouincialibus.
iuris huiuſmodi regulis coarctentur.B.fo.56.Et ffo.139.conce.308.

¶IDEM clemẽs ſtatuit:ꝙ cuſtodes ⁊ guardiani qui ſcdm ſtatuta ordinis: 4
aliter q̃ ꝑ electionẽ inſtituunt̃:poſt ipſam inſtitutionẽ ſeu ꝓuiſionem de ipſis De cuſtodi-
factã:cura animarum fratrum ſibi ſubditorum habeant:ipſoſq; ligare ac ſol bus ⁊ guar-
uere poſſint:iuxta ipſius ordinis inſtituta.B.fo.56. Et ffo.139.conce.309. dianis.

Nicolaus. 4.ſtatuit ⁊ declarauit:vt cum electio gñalis miniſtri fue 5
rit celebrãda:cuſtodes vniuſcuiuſq; prouincie vnum ex De cuſtodi-
ſeipſis conſtituãt:vt ei voces ſuas cõmittãt:ipſumq; ad locũ vbi electio eadeꝫ bus.
tũc fuerit clebrãda tranſmittant. Iſq; qui ſic ab ipſis cuſtodibus conſtitutus
extiterit:vnam vocem dumtaxat pro ſe ⁊ omnibus eis habeat ⁊ intelligat̃ ha-
bere:ac pro vna voce tantummodo admittatur ab alijs. B.fo.31. Et ffo.32.
conceſſione.32.

¶Hoc ſtatutum iam vacat propterea quia aliter ſtatutum eſt in bulla Unio- Collector.
nis per Leonem.10.vt habetur infra.§.9.

¶IDEM nicolaus ſtatuit ⁊ ordinauit ac diſtricte inhibuit fratribꝰ mino 6
ribus:ne mortuo miniſtro generali:poſſint eligere vel conſtituere aliquem fra- De vicario
trem in vicariũ ordinis:abſq; Romani pontificis ⁊ ꝓtectoris ordinis eiuſdẽ ordinis.
licencia ſpeciali:per ipſius Romani pontificis litteras patẽtes concedenda:
facientes plenam ⁊ expreſſam de ſtatuto ⁊ ordinatione ⁊ prohibitione huiuſ-
modi mentionem.b.fo.31.Et ffo.32.conce.33.

Clemens. 5.in declaratione regule fratrum mi.ſtatuit ⁊ ordinauit ꝙ 7
electio miniſtri prouincialis pertineat ad capitulum pro De miniſtro
uinciale: quã idem capitulũ die ſequenti qua fuerit cõgregatum facere tenea- prouinciali.
tur.Et ſimiliter ſtatuit ꝙ huiuſmodi electionis confirmatio:pertineat ad mi- Cõfirmatio
niſtrum generalem.Et ꝙ ſi ad electionem huiuſmodi per formã ſcrutinij pro-
cedatur:⁊ votis in diuerſa diuiſis:electiones plures in diſcordia celebrari cõ-
tingat: illa que a maiori parte capituli numero (nulla zeli vel meriti collatio-

ne ſeu conſideratione habita) fuerit celebrata: exceptione ſeu contradictiõe quacunqꝫ alterius partis non obſtante: per dictum generalem miniſtrum: de cõſilio diſcretorum de ordine (prius tñ ex officio: prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione pmiſſa) cõfirmet: vl' etiã infirmet: put eis ſcdm deũ viſum fuerit expedire. Et ſi fuerit infirmata: capitulum prouinciale electio huiuſmodi

Capitulũ generale. reuertatur. Ceterum ſi capitulum memoratum die predicta miniſtrum eligere pretermittat: ex tunc miniſtri prouincialis prouiſio ad generalem miniſtrũ libere deuoluatur. fo. 15. tractatu. 3. Et ffo. 16. tractatu. 2.

8 De abbatiſſis. **Eugenius.** 4. ⁊ Nicolaus. 5. ſtatuerunt aliqua pertinentia ad electiones abbatiſſarũ ordinis ſancte Clare: ſed quia hec poſita ſunt ſupra in dictione Abatiſſa: ideo hic non ponuntur.

9 De miniſtro generali. **Leo.** 10. in bulla vnionis ſtatuit: ꝙ electio generalis miniſtri totius ordinis mino. fieri debeat a ſolis miniſtris prouincialibus ⁊ cuſtodibus reformatis: tã ciſmõtanis q̃ vltramontanis in capitulo generali dicti ordinis in feſto Penthecoſtes: in loco quẽ generalis miniſter cum capitulo generali proxime precedenti duxerit aſſignandum. Ad quod capitulũ omnes miniſtri ⁊ cuſtodes ſiue vocales: tam ciſmõtani q̃ vltramõtani accedere teneantur. Et ne caput ſuis membris defforme appareat: voluit ⁊ ordinauit ꝙ nullus frater poſſit eligi in miniſtrum generalem: niſi vitam ducat reformatã ⁊ pro reformato a cmomunitate reformatorum habeatur. In prefata etiam electiõe miniſtri generalis voluit ꝙ nullus penitus vocem habeat niſi reformatus ⁊ ꝓ reformato a congregatione reformatoꝝ habeatur. B. ffo. 29. conce. 94.

10 De generali miniſtro. ¶ IDEM leo ordinauit ꝙ miniſter generalis eligatur alternatim de fratribus ciſmõtanis ⁊ vltramõtanis: qui tñ per ſex annos durare poſſit. Ita ꝙ ſi miniſter generalis per ſex annos de ciſmõtanis fratribus electus fuerit: ſequẽtibus ſex annis de vltramontanis fratribus elegi debeat: qui modus alternatis vicibus in perpetuũ a fratrib⁹ predictis obſeruetur. B. ffo. 29. cõce. 94.

11 De cõmiſſario gñali. ¶ IDEM leo fecit quãdam ordinationẽ ſuper electione ⁊ inſtitutione commiſſarij generalis: que poſita eſt ſupra in dictione Commiſſarius. §. 1.

Elemoſine.

1 Paupertas. **Alexander.** 4. declarauit ꝙ fratres mi. ⁊ predicatores: tã ab his qbus pdicãt q̃ ab alijs: poſſint elemoſinas petere ac recipere: fideleſqꝫ poſſe hmõi elemoſinas eiſdẽ fratrib⁹ salubriter elargiri: nõ obſtãte quacũqꝫ cõtradictione. Ac etiã declarauit ꝙ pdictoꝝ fratrum mendicitas eſt meritoria. b. fo. 25. Et ffo. 25. conce. 15.

2 Reſtitutio. ¶ IDEM alexander cõceſſit fratribus mi. ꝙ de male acquiſitis quorũ reſtitutio non debet certe perſone ac de incertis relictis: poſſint recipere elemoſinã ab exequutoribus teſtamentorum. b. fo. 25. Et ffo. 26. conce. 16.

3 Pro carmelitis. Reſtitutio. Legata. **Vrbanus.** 4. cõceſſit fratribus Carmelitis: vt de vſuris ⁊ rapinis ⁊ al's male acquiſitis: ſi perſone quibus horũ reſtitutio fieri debeat omnino inueniri ⁊ ſciri non poſſint: necnõ de quibuſcũqꝫ legatis indiſtincte ad pios vſus relictis: recipere valeant vſqꝫ ad ſummam cẽtũ marcharum argenti. B. ffo. 178. conce. 419.

4 ¶ Clemens. 4. cõceſſit fratrib⁹ mino. vt in terris excõmunicatorũ poſſint li

bere cõmorari: ⁊ ab eis tunc ⁊ qñ per hmõi terras ipſos trãſire contigerit neceſſaria vite depoſcere ac recipere. B fo. 56. Et ffo. 140. conce. 317. Excõicati.

Eugenius. 4. cõceſſit generali ⁊ ꝓuincialibus fratrũ mi. obſer. plenã ⁊ liberã facultatẽ capiendi ⁊ incarcerandi ac in carceribus detineri faciendi: necnon alias puniendi ⁊ corrigendi fratres conuentuales prefati ordinis queſtuantes ſeu elemoſinas petentes in locis conuentuũ domorũ ⁊ heremitorioꝝ fratrum predictoꝝ obſer. aut aliqua minus honeſta contra conſtitutiones ⁊ declarationes apoſtolicas: ⁊ ſtatuta ⁊ conſuetudines eiuſdem ordinis facere preſumentes. b. fo. 48. 5 Contra fratres conuen. Correctio.

Calixtus. 3. prohibuit diſtricte ſub excõmunicatiõis pena: ne fratres mino. de obſeruantia ſub nomine fratrum conuentualiuꝫ eiuſdem ordinis: nec conuentuales ſub nomine fratrum de obſeruantia: aut ſub nomine locorũ eorũdem: queſtuare ſeu elemoſinas petere preſumant. B. ffo. 90. conce. 197. prope finem. 6 Pro. f. obſ. ⁊ cõuentua. Queſtuare.

Sixtus. 4. qꝛ intellexit ꝙ locoꝝ ordinarij eorũqꝫ officiales ſeu vicarij ⁊ curati: ne xpi fideles fratrib⁹ mi. ⁊ predicatoribus elemoſinas erogare preſumerẽt ſuadebãt: ac etiã ſub cẽſuris inhibebant: ⁊ erogantes excõmunicatos fore predicabãt ſeu predicari faciebant aut ꝓnũciare preſumebant: mandauit predictis ordinarijs ac reliquis perſonis ſupra nominatis: ⁊ alijs quibuſcũqꝫ perſonis: vt ab hmõi perſuaſionibus inhibitionibus ⁊ mãdatis de cetero prorſus: ⁊ oĩno abſtineãt. Ac decreuit inhibitiones ipſas ⁊ mãdata nullius exiſtere firmitatis: ⁊ illis cõtrauenientes cẽſuris hmõi minime ligari. Voluit tñ ꝙ ſi perſuadẽtes ⁊ inhibẽtes prefati: mandato hmõi obtẽperare nõ curauerint: niſi penituerint: ⁊ perſuaſiones: ⁊ inhibitiões reuocauerint: infra triduũ: poſtq̃ deſup requiſiti fuerint: eoipſo ordinarij interdictũ ingreſſus ecclie ac ſuſpenſionẽ a regimine ⁊ adminiſtratiõe ſuaꝝ eccliaruꝫ: alij vero inferiores excõmunicatiõis ſentẽtiã incurrãt. B. fo. 65. Et ffo. 149. ꝯce. 365. 7 Pro fribus mi. ⁊ pdi. Excõicatio.

¶ IDEM ſixtus voluit ꝙ ordinarij ſeu quicũqꝫ alij ꝓhibentes ne fratrib⁹ Carmelitis elemoſine fiant: ipſofacto ſint excõmunicati. Et ꝙ cõtra tales poſſint protectores ordinum mendicantium: ⁊ auditor camere apoſtolice: ac inquiſitores heretice prauitatis: ſicut contra hereticos procedere. B. fo. 99. Et ffo. 183. conce. 448. 8 Ex priuile. Carmeli. Nota. Inqſitores.

¶ IDEM ſixtus conceſſit hoc idem fratribus Auguſtinenſibus in ſuo mari magno: vt habetur. ffo. 251. conce. 638. 9 Pro augu.

Alexander. 6. prohibuit: ne aliqui elemoſinas querere audeãt ſub noĩe fratrũ de obſeruãtia ordinis mino. preſertim fratres conuentuales eiuſdẽ ordinis ac precipue infra terminos domoꝝ fratrum predictorũ obſeruantiũ. Et cõmiſit vniuerſis eccleſiaꝝ prelatis: vt cũ ꝓ parte hmõi fratrũ obſeruãtie fuerint requiſiti: inhibeãt publice ſupradicta: ſub excõmunicationis late ſentẽtie pena: ac cõtradictores quoſlibet ⁊ rebelles ꝑ cenſuras eccleſiaſticas ⁊ alia iuris remedia compeſcant. B. ffo. 151. conce. 370. 10 Queſtuare. Cõuẽtuales. Excõcati.

Julius. 2. declarauit: ꝙ verba in priuilegijs fratrum mino. cõtenta. ſ. ꝙ viſitãtes ſuas eccleſias: ⁊ manus porrigẽtes adiutrices: indulgẽtias eis cõceſſas cõſequãtur: etiam ad facientes eis elemoſinas de pane ⁊ alijs pro eorum victu ⁊ veſtitu: ac domorum ſuarum reparatiõe neceſſarijs referantur. B. fo. 43. Et ffo. 126. conce. 281. 11 Indulgẽtie.

12 Prohibito. **Leo.** 10.q; fuit informatus ꝙ in aliquibus partibus alique perſone eccleſiaſtice: ꝑſertim curati ſeu preſbyteri parrochiales: non permittebant fratres minores elemoſinas petere ſine eorum licētia: ꝛ dioceſanorum: vel eorum vicariorum litteris: ꝛ inſuper ꝙ elemoſinarum huiuſmodi mẽdicatarum medietatem ſibi vendicare volebant: diſtricte precipiendo mādauit omnibus eccleſiaꝝ prelatis ſub grauibus cēſuris: vt ab hmõi grauaminibus ꝛ moleſtijs abſtinerēt: ꝛ vt quoties pro parte fratrū dicti ordinis requiſiti fuerint: omnes ꝛ ſingulos parrochialium eccleſiaꝝ rectores ſeu vicarios ad deſiſtendum a predictis moleſtijs ꝛ grauaminibus: ſub penis ꝛ cenſuris moneant ꝛ precipiant: ac contra inobedientes vſq; ad inuocationem brachij ſecularis procedant. B. ffo. 47. conce. 142. Excōcatio.

13 ¶ IDEM Leo cōceſſit qualiter elemoſine facte ad vnū vſum: poſſint cōmutari in alium vſum: prout poſitum eſt ſupra in dictione Cōmutare §. 2.

14 ¶ IDEM Leo fecit circa hmõi materiā quādā cōceſſionē valde relaxatiuā ꝛ deſtructiuā obſeruātie paupertatis: prout habeẽ ſupra in dictione Commutare. §. 3. Uide ibi vna cum additione que ſequitur ibidem.

Colle. tor. ¶ Aduertendum eſt ꝙ circa hmõi materiam elemoſinarum: facta ſunt nonnulla ſtatuta generalia in capitulo generali in conuentu montis Lucij celebrato: prout ſequuntur.

Statutū generale. ¶ Declaratur ꝙ ꝓcurare ſatiſfactionē fiendā pro re empta fratribus neceſſaria: non eſt cōtra puritatē regule: ita tñ ꝙ fratres per ſe nec per interpoſitā perſonam: intromittant ſe de pecunia. Non tamen licet fratribus indifferenter ꝛ indeterminate tales procurationes elemoſinarum pecuniariarum facere: nec per nuncium a ſe poſitum ducere: ſed dans faciat per ſe vel per nuncium ab ipſo deputatum. Recipere autem granum vel alia hmõi pro acquiſitione ſeu cōmutatione in aliquam rem neceſſariam: non licet fratribus. Uerumtamen vbi fratres aliter non poſſunt prouideri in ſuis neceſſitatibus: talia poſſunt recipi per amicos ſpirituales de conſenſu dantium: ꝛ de licentia ſeu diſpēſatione prouincialis aut cuſtodis. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 240. tractatu. 2.

Alterū ſtatutū generale. ¶ Inhibetur ne aliquis frater procuret alicuius libri vſum aut alicuius rei: remanēte apud parētes vel amicos proprietate: ſub pena priuationis illius cū punitione condigna. fo. 223. tractatu. 3. Et ffo. 241. tractatu. 2.

Aliud ſtatutū generale. ¶ In hoc capitulo ordinatum eſt ꝙ nullus frater faciat ſibi ſcribi libros extra vel intra conuentum: maxime per ſeculares perſonas nec ꝓcuret partiales elemoſinas ſibi: ſub ſpe licentie habēde poſtea a ꝓuinciali. ffo. 241. tractatu 2.

Collector. ¶ De indulgentijs quas conſequuntur vel conſequi poſſunt dantes elemoſinas fratribus minoribus aut eorum eccleſijs ac domibus: reperietur infra in dictione Indulgentie quoad ſeculares in capitulo. 4. ſ. Indulgentie conceſſe exhibentibus opera pietatis fratribus.

Epiſcopi.

¶ Diſtinctio attinentium ad epiſcopos.

Collector. ¶ De multis attinentibus ad epiſcopos: in diuerſis huius cōpendij dictionibus cōtinetur. Nam de exemptione ab ipſorū iuriſdictione: habetur in dictione Exemptio. §. 1. ꝛ. 3. ꝛ. 5. Et de preſentatione confeſſorum eis fienda per pretos ordinis: dictum eſt ſupra in dictiōe Abſolutio quoad ſeculares. 1. in multis. §. De impoſitione primi lapidis: ꝛ cōſecratione: ſeu benedictione eccleſiarum ꝛ altariū ordinis: qualiter per epiſcopos fieri debeat: habetur etiā ſupra in dictionibus Benedicere: ꝛ Eccleſie fratrum: ꝛ Edificare.

GRegorius. 9. cōceſſit fratrib9 minorib9 anteq̃ eſſent exēpti a iuriſdictione ordinariorum: ꝙ archiepiſcopi ꝛ epiſcopi in eorum dioceſibus: poſſent eiſdem fratribus ibidem conſtitutis abſolutione vel diſpēſatione indigētibus: abſolutionis ꝛ diſpenſationis beneficium impendere: niſi adeo grauis ꝛ enormis eſſet exceſſus ꝙ deſuper merito eſſet ſedes apoſtolica conſulenda. B. fo. 116. 1 Abſolutio. Diſpēſatio.

Colle. tor. ¶ Aduerte ꝙ huiuſmodi cōceſſio iam de nihilo ſeruit: q; poſt ipſā fuit data fratribus predictis coploſiſſima exēptio: vt patebit infra in dictiōe Exēptio.

2 Bona ordinis. **ALexander.** 4. precepit in virtute ſancte obediētie fratribus ꝓmotis vel promouēdis ad dignitates epales vel alias: vt libros ꝛ alia que ipſos promotionis ſue tēpore habuiſſe ſeu habere conſtiterit (ſub mota qualibet dilatione) reſignēt generali: vel prouincialibus miniſtris niſi forſan predicti prelati ordinis: vſum huiuſmodi rerum illis ad tēpus cōceſſerint de gratia ſpeciali. b. fo. 24. Et ffo. 24. conce. 12.

3 Electio. ¶ IDEM alexāder inhibuit: vt nulli fratres ordinis mi. ſi eos in epiſcopos eligi: aut poſtulari cōtigerit: electioni ſeu poſtulationi de ſe facte audeant conſentire. De hoc vide ſupra in dictione Electio. §. 1.

Euchariſtia.

Collector. ¶ Circa euchariſtia preceptionem ꝛ adminiſtrationem: multe conceſſiones facte reperiuntur: tam pro fratribus q̃ pro ſecularibus: que poſite ſunt ſupra in dictione Communicare.

Exactiones.

1 Excōicatio. **ALexander.** 4. ſtatuit: vt imponentes fratrib9 minoribus angarias: vel alias impoſitiones: ſeu exactiōes: aut alia ſimilia: ſint ipſofacto excōmunicati. Et ꝙ ſi contumaces fuerint non deſiſtendo ab huiuſmodi: a ſolo papa valeant abſolui. b. ffo. 260 conce. 656.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ multi alij ſūmi pōtifices exemerunt fres ꝑfatos ac moniales. s. Clare: ꝛ fres ordinis ꝑdica. necnō ꝛ alios fratres mendicantes: ab oībus exactionibus: prout habeẽ infra in dictione Exemptio in multis. §.

2 Excōicatio. **Eugenius.** 4. declarauit: ꝙ quādo ciues ꝑ bono cōmunitatis imponunt gabellas nouas aut veteres augmentant: non ſunt excōmunicati. o. ffo. 102. conce. 414.

3 Excōicatio. Interdictū. ¶ IDEM eugenius declarauit: ꝙ pene appoſite in capitulo Quāq; de cēſibus. lib. 6. ſ. excōmunicatio ꝛ Interdictum: circa exigentes pedagia ꝛ guidagia ꝛ ſimilia: non habent locum: quia ſibi fuit ablata Bononia: ꝛ tamen non interdixit. o. ffo. 102. conce. 415.

4 ¶ IDEM eugenius fecit aliam conceſſionem pertinētē ad huiuſmodi materiam exactionum: que poſita eſt ſupra in dictione Abſolutio quoad ſeculares. 2. in. § 4.

Excommunicatio.

Collector.

¶ Diſtinctio materie excõmunicationum.

¶ Conſiderare oportet ꝙ in priuilegijs fratrum minoꝝ ⁊ alioꝝ mendicãtiũ reperiunt̃ multa ⁊ diuerſa ad materiã pertinẽtia excõmunicatiõis. ¶ Et primo ſunt quedã vbi eiſdem fratribus imponitur ſententia excõmunicationis. Iſtud autem eſt multipliciter ſeu propter varias cauſas. ¶ Nam alique excõmunicationes inueniuntur eis inflicte ratione receptionis nouicioꝝ ad habitũ vel profeſſionem Et de hec habetur in dictione Nouicius.§.3.⁊.4.⁊.7. ¶ Alie vero excõmunicationes tãgunt eoſdem fratres quãdo recedũt ſine licentia ab hmõi ordinibus aut qñ poſtq̃ ſunt licẽtiati vel eiecti faciũt aliqua que ſunt eis prohibita: vt continetur in dictione Apoſtate in multis.§.⁊ in dictione Eijcere ab ordine. ¶ Alie etiam excõmunicationes cõcernũt illos qui prefatos fratres apoſtatas recipiũt aut illis fauent: prout habetur in dictione Abbas: ⁊ in predicta dictione Apoſtate. ¶ Quam plures autem excommunicationes ſunt impoſite contra fratres propter varias cauſas: que ponũtur infra prope finem. ¶ Item qualiter prefati fratres tam profeſſi q̃ nouicij: ⁊ etiam apoſtate poſſint abſolui ab excommunicationibus in quibus inciderunt: habetur late in dictione Abſolutio quoad fratres: in multis.§. vbi in margine poſita eſt hec dictio Excõmunicatio. ¶ Secũdo principaliter in prefatis priuilegijs inuenitur qualiter perſone ſeculares: occaſione predictorum fratrum: aut monialium que eorum cure ſunt commiſſe ſeu eccleſiarũ ⁊ monaſteriorum ſuorum: incurrere poſſunt multas excõmunicatiões. Et iſte ſubdiſtingũtur. ¶ Nam quedã generaliter ſunt promulgate contra violatores priuilegiorum predictorum fratrũ: prout habetur in dictione priuilegia.§.10.⁊.19. ¶ Alie tangunt illos qui aliquam violentiam inferunt eccleſijs: aut domibus ſeu rebus vel perſonis predictorum fratrum Et hec habẽtur in dictione Eccleſie fratrum.§.3.⁊ in dictione Elemoſine.§.6.⁊.7.⁊.10.⁊.12.⁊ in dictione Exemptio.§.9.⁊.23. ¶ Alie vero excommunicationes reſpiciunt illos qui contra ſtigmata beati Frãciſci aliquid dicere preſumpſerint: aut qui auſi fuerint depingere ſanctam Catherinam de ſenis cum ſtigmatibus. Et hec habẽtur in dictione Stigmata.§.6.⁊.8.⁊.9.ac.10. ¶ Alie autem excõmunicationes ſpectant ad ingredientes monaſteria ſancte Clare contra tenorẽ ſue regule aut indultorum apoſtolicorum: prout continetur in dictione Ingredi monaſteria monialium.§.2.⁊.10. ¶ Nonnulle alie excõmunicationes continentur ſub varijs dictionibus huius compendij: quas longum foret hic referre: reperientur tamen ſignate in marginibus foliorum cum hac dictione Excõmunicatio. ¶ Qualiter autẽ perſone ſeculares valeãt abſolui a prefatis fratribus ab excõmunicationibus ſupradictis: habetur ſupra in dictione Abſolutio quoad ſeculares: in oĩbus.§. vbi poſita eſt hec dictio Excõicatio. ¶ Inſuper quoad euitationẽ excõmunicatoꝝ quomodo fratres ſe debeãt habere: reperietur infra.§.1.⁊.2.⁊.4.ac.6.

Excõicationes attinentes ad fres.

De abſolutione excõicationuꝫ ſupraſcriptaꝝ.

Excõicationes ptinẽtes ad ſeculares

De abſolutiõe excõicationũ predictarum.

1 Infideles.

GRegorius. 9. cõceſſit fratribus minoribus eũtibus ad partes infideliũ ſeu ibideꝫ exiſtẽtib⁹: vt in terris illis ſit eis licitum communicare cum excõmunicatis in hijs que ad ſalutem pertinent animarum.b.fo.20. Et

ffo.22.conceſſione.3.

Clemens. 4. conceſſit fratribus mino. vt in terris excõmunicatoꝝ libere cõmorari poſſint: ⁊ ab eis tunc ⁊ quãdo per eorum terras ipſos tranſire cõtigerit: neceſſaria vite depoſcere ac recipere. B.fo.56. Et ffo.140.conce.317. 2

Pro terris excõicatorũ.

¶ IDEM Clemẽs conceſſit fratribus mino. ne ab aliquo legato: niſi de latere ſedis apoſtolice miſſo vel delegato aut ſubdelegato: auctoritate litteraruꝫ ſedis predicte: poſſint excommunicari ſuſpendi vel interdici: niſi littere ipſe plenam ⁊ expreſſam de ordine prefato ⁊ indulto huiuſmodi facerent mentionem.b.fo.29. Et ffo.29.conce.25. 3

Exemptio.

Eugenius. quartus conceſſit fratribus minoribus obſeruantibus ꝙ non teneantur euitare excommunicatos: niſi nominatim ſint a iudice denunciati: ⁊ euitentur a clero ⁊ populo. Et ſic ꝙ non teneantur fratres euitare dictos excommunicatos: niſi quando in communi euitantur. Et ꝙ idem ſit de interdicto: ⁊ de obſeruatione cuiuſlibet cenſure eccleſiaſtice.o.folio.61. Et ffo 64.conceſſione.75. Et fffo.95.conceſſione.312. 4

De euitatiõe excõicatorũ. Nota Interdictũ.

¶ IDEM eugenius fecit alias conceſſiones pertinẽtes ad materiã excõmunicationis: que poſite ſunt ſupra in dictione Exactiones.§.2.⁊.3. 5

¶ IDEM eugenius conceſſit: ꝙ ſi tempore noſtro contigerit (ꝙ abſit) ſciſma poſſint fratres minores participare cum ſciſmaticis: nec teneantur fratres recedere a locis ſuis. Et ꝙ toties quoties dixerint orationem Deus omnium fidelium ⁊c. Pro vero papa: habeant centum dies indulgentie.o.fffo.101.conce.402. 6

Indulgẽtia.

Leo. 10. conceſſit ꝙ prelati ordinis mino. regularis obſeruantie: cũ aliquem fratrem propter apoſtaſiam vel aliam cauſam excommunicant in capitulo fratrum aut in communitate: non teneantur proferre ſententiam inſcriptis: prout in iure ſub pena ſuſpenſionis precipitur proferentib⁹.o.fffo.93.conce.191. 7

Prelati fratrum.

Vltra predicta que continentur in priuilegijs fratrũ mẽdicãtium circa excõmunicationes: oportet nõnulla notabilia hic apponere: vt fratres predicti ſint plenius informati de huiuſmodi materia in qua eximium periculum verti ſolet.

Collector.

¶ Primum ſcire expedit excommunicationes contentas in proceſſu annali ſeu in bulla que appellat̃ in cena domini: ne quis de illis abſoluere ex ignorantia preſumat. Et quia prefate excommunicationes a diuerſis ſummis pontificibus diuerſimode promulgate ⁊ enumerate reperiuntur: ⁊ a poſterioribus latius poſite ſunt: ideo illas hic ponere curaui: prout in predicto proceſſu per Leonem decimum facto: ſub forma ⁊ ordine ſequenti exiſtunt.b.fffo.138.

Primũ notabile circa excõicationes.

¶ Primo excommunicantur omnes heretici: Gazari: Patareni: Pauperes de Lugduno: Arnaldiſte: Speroniſte: Paſſagerij: Vicleſiſte: ſeu Vſſiſte: Fratricelli de opinione nuncupati: ⁊ quilibet alij heretici quocunq̃ꝫ nomine cenſeantur: ac omnes fautores receptatores ⁊ defenſores eorundem. 1

Excõica. q̃ cõtinẽtur in bulla cene domini.

¶ Item excommunicantur omnes Pirate: Curſarij: Latrunculi maritimi ⁊ alij: precipue qui mare noſtrũ a mõte Argẽtario vſq̃ꝫ ad Terracinã diſcurrũt: ⁊ qui nauigantes in illo depredari mutilare interficere: ac rebus ⁊ bonis ſuis 2

ſpoliare: hactenus preſumpſerunt ⁊ preſumũt. Ac omnes receptatores eorundem: ⁊ eis auxilium dantes conſilium vel fauorem.

3 ¶ Item excõmunicantur omnes qui in terris ſuis noua pedagia imponunt vel prohibita exigunt.

4 ¶ Item excõmunicantur omnes falſarij bullarũ ſeu litterarũ apoſtolicarũ ⁊ ſupplicationum: gratiã vel iuſticiam cõcernentium: per ſummũ pontificẽ vel vicecancellarium: ſeu gerentes vices eorum aut officium Vicecancellarij ſancte Romane eccl'ie de mandato eiuſdem ſummi pontificis ſignatarum: aut ſub nomine eiuſdẽ ſummi pontificis ſeu vicecancellarij aut gerentiũ vicem predictorum ſignantes ſupplicationes eaſdem.

5 ¶ Item excõmunicant' omnes illi qui equos arma ferrum lignamina ⁊ alia prohibita deferunt Sarracenis Thurcis ⁊ alijs Chriſti nominis inimicis: quibus chriſtianos impugnant.

6 ¶ Item excõmunicantur omnes impedientes ſeu inuadentes victualia ſeu alia ad vſum Romane curie neceſſaria adducentes: vel ne ad curiã ipſam adducantur vel deferantur impedientes ſeu perturbantes. Et qui talia faciunt vel defendunt: cuiuſcũqꝫ fuerint ordinis preminentie cõditionis vel ſtatus: etiam ſi pontificali: regali reginali aut alia quauis eccleſiaſtica vel mundana prefulgeant dignitate.

7 ¶ Item excõmunicantur omnes illi qui ad ſedem apoſtolicam venientes ⁊ recedẽtes ab eadem: necnon oẽs illi qui iuriſditionem ordinariã vel ſubdelegatã aliquã non habentes: in eadem curia morãtes: temeritate propria rapiũt ⁊ ſpoliãt ⁊ detinent: aut ex propoſito deliberato verberare mutilare vel interficere preſumunt: ⁊ qui talia fieri faciunt ſeu mandant.

8 ¶ Item excõmunicantur omnes temere mutilantes: vulnerantes: interficientes: capientes: carcerãtes: ⁊ detinentes Patriarchas: Archiepiſcopos: Epiſcopos: eorumqꝫ mandatores.

9 ¶ Item excõmunicantur omnes illi qui per ſe vel alium ſeu alios: quaſcũqꝫ perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares: ad Romanam curiam ſuper earum cauſis ⁊ negocijs recurrentes: illaqꝫ in eadem curia procurantes ⁊ proſequentes: negociorũqꝫ geſtores: aduocatos ⁊ procuratores ipſorum: vel etiã adiutores: ſeu iudices ſuper dictis cauſis ⁊ negocijs deputatos: occaſione cauſarum ⁊ negociorum hmõi: verberant: mutilãt: vel occidunt: ſeu bonis ſpoliant.

10 ¶ Item excõmunicantur illi qui impediunt: ne litteris ⁊ mandatis apoſtolice ſedis ⁊ legatorum: ac nuntiorum ⁊ iudicum ſubdelegatorum eiuſdem gratiam ⁊ iuſticiam cõcernẽtibus: decretiſqꝫ ſuper illis ⁊ re iudicata proceſſibus ⁊ executorialibus (non habito primo eorum beneplacito ⁊ aſſenſu) pareatur. Neue tabelliones ⁊ notarij litterarum ⁊ proceſſuum executiones: inſtrumenta vel acta conficere: aut confecta parti cuius intereſt tradere: ſub grauiſſimis penis prohibere: ſtatuere ſeu mandare. Quiue in animarum eorundem periculum: ſe a Romani pontificis pro tempore obedientia pertinaciter retrahere: ſeu quomodolibet recedere preſumunt. Quiue iuriſditionem: ſeu fructus ad eccleſiaſticas perſonas pertinentes vſurpant vel arripiunt. Vel qui per ſe: vel alium: ſeu alios: directe: vel indirecte predicta exequi: vel procurare aut in eiſdem auxilium: conſilium: vel fauorem preſtare non verentur: cuiuſcunqꝫ preeminẽtie. dignitatis: ordinis: conditionis: aut ſtatus fuerint: etiam

ſi pontificali: regali: reginali: vel quauis alia prefulgeant dignitate.

¶ IDEM excõmunicantur omnes mutilantes: vulnerantes: interficientes: ſeu capientes ⁊ detinentes: ſeu depredantes romipetas: ſeu peregrinos: ad vrbem cauſa deuotionis ſeu peregrinationis accedẽtes: ⁊ in ea morãtes vel diſcedentes ab ipſa: ⁊ in his dantes conſilium: auxilium vel fauorem. 11

¶ IDEM excommunicantur omnes illi qui per ſe vel alium ſeu alios: directe vel indirecte: ſub quocunqꝫ titulo vel colore: occupant: detinẽt: vel hoſtiliter deſtruunt: ſeu inuadunt: aut occupare: detinere: vel deſtruere: aut inuadere hoſtiliter preſumunt: in totum vel in partem Almam vrbem: regna Sicilie ſeu Trinacrie: Inſulas Sardinie Curſice terre citra Farum: Patrimonium beati Petri in Tuſcia: Ducatum Spoletanum: Comitatum Venaiſineñ. Sabineñ. ⁊ marchie Anchonitañ. Maſſe Trebarie Romandiole: Cãpanie ⁊ Maritime prouincias ⁊ terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum: Bononieñ. Ferrarieñ. Benauentañ. Peruſij Auinioneñ. ciuitatis Caſtelli: Tudertineñ. ⁊ alias ciuitates terras ⁊ loca: vel iura ad ipſam Romanam eccleſiam ſpectantia ⁊ pertinentia ⁊ adherentia: aut fautores ⁊ defenſores eorum: ſeu in his dantes eiſdem auxilium conſilium vel fauorem. Non obſtantibus quibuſcunqꝫ priuilegijs ac litteris apoſtolicis: ceteriſqꝫ in contrarium facientibus quibuſcunqꝫ. 12

¶ Ultimo decreuit idem Leo q a prefatis excõmunicationibus: nullus per alium q̃ per romanum pontificem (niſi duntaxat in mortis articulo cõſtitutus) abſolui poſſit. Nec etiam tunc niſi de ſtando ſancte matris eccleſie mandato: ſatiſfactione vel ſufficienti cautione preſtitis: etiam pretextu confeſſionalium ſeu quarumuis facultatem verbo litteris aut quauis alia ſcriptura quibuſlibet ſeu quomodolibet conceſſarum vel inpoſterum concedendarum.

De reſeruatiõe abſolutionis a pfatis excõicationibus.

¶ Illos autem qui contra tenorem preſentium talibus vel alicui eorum ſeu aliquibus abſolutionis beneficium impendunt de facto excommunicationis ſententia voluit innodari. Eiſqꝫ predicationis lectionis adminiſtrationis ſacramentorum: ⁊ audiendi confeſſiones officia interdixit. Et declarauit aparte predictus pontifex tranſgreſſoribus ⁊ contemptoribus predictis: ſe grauius contra eos ſpiritualiter ⁊ temporaliter (prout expedire cognouerit) proceſſurũ. Et nihilominus quicquid egerint abſoluendo vel alias: nullius eſſe roboris vel momenti declarauit.

Pene cõtra abſoluẽtes a predictis excõicatiõib9.

¶ Aduertat etiam prudens lector q quia (vt ſupra diximus) diuerſi ſummi pontifices precedentes ſub diuerſis formis fecerunt ſupradicum proceſſum ſeu bullam cene domini: ⁊ ſimiliter credendum eſt q facient ſucceſſores eorum: ideo oportet ſemper inquirere quolibet anno: vtrum aliquid fuerit innouatum per pontificem tunc preſentem. Nam alias forte ex ignorantia iuris (que neminem excuſat) mitterent falcem in meſſem alienam: ſeu abſoluerent a quibus non poſſent: ⁊ ſic inciderent in excommunicationem papalem ⁊ penas ſupraſcriptas.

Collector.

Nota.

¶ Alterum ſciendum quoad predictam materiam excommunicationis eſt q Sixtus. 4. in extrauaganti que incipit. Et ſi Dominici gregis poſuit multos alios caſus a quibus etiam nequeunt fratres abſoluere quorum: tamen aliqui ſunt de cõtentis in bulla cene domini: ⁊ ſunt ſequentes: videlicet. Offenſa eccleſiaſtice libertatis. Violatio interdicti a ſede apoſtolica. Crimen he-

Scdm notabile circa excõicationes.

reſis poſtq̃ de eo fuerint ſententialiter cõdemnati dclati: ſeu publice diffamati. Conſpiratio in Romani pontificis perſonam: aut eius ſtatum vel dicte ſedis. Mutilatio membrorum: aut cuiuſcunq; in ſacris cõſtituti occiſio. Offenſa perſonalis in epiſcopum ſeu alium prelatum. Inuaſio romipetarũ ſeu quorumcunq; ad romanam curiam venientium. Prohibitio deuolutiõis cauſarum ad dictam curiam. Inuaſio: occupatio: depredatio: aut deuaſtatio terrarum romane eccleſie: mediate vel immediate ſubiectarum. Delatio armorũ ⁊ aliorum prohibitorum ad partes infidelium. Impoſitio nouorum onerũ realium vel perſonalium eccleſijs: vel eccleſiaſticis perſonis. Demum ſimonie ſuper ordinibus vel beneficijs aſſequendis: in dicta curia vel extra eam quomodolibet cõtracte.

Tertiũ notabile circa excõicationes.
¶ Aliud inſuper notandum eſt: ꝙ in caſibus inferius annotatis incurrũt excommunicationis ſententiam fratres predicti. Et ideo vt ab illis ſe abſtineãt: ponuntur hic.

1 Sepulture
¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt quicunq; religioſi vel etiã clerici inducentes aliquos ad vouendum: iurandum vel (fide interpoſita ſeu alias) promittendum: vt ſepulturas apud eorum eccleſias eligant: vel iam electas vlterius non immutent. A qua quidem ſententia non poſſunt abſolui: niſi a Romano pontifice (preterq̃ in mortis articulo). Hoc autem habetur in extrauaganti Cupientes. de penitentijs: in clementinis.

2 Studentes fratres.
¶ Excommunicationis ſententiã incurrunt ipſofacto quicunq; religioſi tacite vel expreſſe profeſſi: audientes leges vel phiſicam: niſi infra ſpacium duorũ menſium ad clauſtrũ redierint. In clementina Ne in agro. de ſtatu mo.

3 Habitus ordinis. Studentes fratres.
¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt ipſofacto quicunq; religioſi (poſt tacitam vel expreſſam profeſſionem) in ſcolis vel alibi temere dimittentes habitum ſue religionis: ſeu etiam euntes ad queuis ſtudia litterarum: niſi de licentia ſui prelati cum conſilio ſui conuentus ſeu maioris partis. In clementina Ut periculoſa.

4 De fratrib⁹ adminiſtrãtibus ſacramenta.
¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt religioſi cuiuſcunq; religiõis approbate in ſex caſibus infraſcriptis.
¶ Primo: qui clericis vel laicis ſacramentum vnctionis extreme miniſtrant.
¶ Secundo qui Euchariſtie ſacramentum miniſtrare preſumunt.
¶ Tertio qui ſolemnizant mrĩmonia ſine licẽtia ſpeciali prochialis pſbiteri.
¶ Quarto ſi abſoluunt excommunicatos a canone: preterq̃ in caſibus a iure expreſſis vel per priuilegia ſedis apoſtolice eiſdem conceſſa.
¶ Quinto ſi abſoluunt a ſententijs promulgatis per ſtatuta ſinodalia vel prouincialia.
¶ Sexto ſi aliquem abſoluunt a pena ⁊ culpa. Nec poſſunt abſolui fratres ab huiuſmodi ſententia: niſi per ſummum pontificem. Habetur in clementina Religioſi. de priuileg.

5 Cõtra ffes predicantes. Decime.
¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt quicunq; religioſi qui in ſermonibus ſuis vel alibi aliqua proferre preſumunt: vt retrahant audientes a ſolutione decimarum eccleſijs debitarum. Sed vt hec pena habeat locũ duo requiruntur. Primũ ꝙ talia proferant ea intentione vt retrahant audientes. Scdm: ꝙ ipſi audientes ſint obligati ad tales decimas ſoluẽdas: aliter enim non incurritur. Et habetur hec conſtitutio in dicta clementina Cupientes.

¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt omnes religioſi tam exempti q̃ non exempti: non ſeruãtes interdictum poſitum auctoritate apoſtolica vel ordinariorum: quando matrix vel cathedralis eccleſia illud ſeruat. Non obſtãtibus quibuſcunq; appellationibus antea (etiam ad ipſam ſedem) interiectis: ſeu ad aliam vel alios: de ſen. excõi. c. Ex frequentibus. in clementinis. 6 Interdictũ.

¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt religioſi: qui ſcienter poſt poſuerint facere fieri conſcientiã de decimis ſoluendis his qui ſibi confitentur: ſi ſe ingerunt ad officium predicationis: a quo ſunt ipſofacto ſuſpenſi. Hoc intellige ſi de hoc fuerint requiſiti a prelatis eccleſiarum. Hoc habetur in clementi. Cupientes. 7 Cõtra ffes pdicatores ⁊ confeſſores.

¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt monachi regulares nõ habentes adminiſtrationem: ſi abſq; licentia ſpeciali ſuorum prelatorũ recurrunt ad curias principum: vt damnum aliquod inferãt ſuis prelatis: aut monaſterijs. Hoc habetur de ſtatu mona. in clementi. Ne in agro. 8 Cõtra ffes curiales.

¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt omnes religioſi mendicantes qui noua loca accipiunt ad habitandum: ſeu ſi iã accepta loca huc uſq; mutant vel ſe transferunt in alia (quouis titulo) ſine cõſenſu ſedis apoſtolice: de hac prohibitione faciente ſpecialem mentionem. Habetur in dicta clementina Cupientes. 9 Contra ffes edificantes noua loca.

¶ Excommunicationis ſententiam incurrunt fratres minores admittentes ad diuina tempore interdicti: ſorores: aut fratres tertij ordinis. 10 Interdictũ.
Sed hec conſtitutio modo non ligat: quia fuit reuocata per Sixtum. 4.

¶ Excõmunicationis ſententiam quondam incurrebant gloſantes extrauagantem Nicolai. 3. que incipit. Exijt qui ſeminat: ſed ipſa excõmunicatio fuit ſuſpenſa per aliam extrauagantem Joannis. 22. 11

¶ Excõmunicationis ſententiã incurrunt ipſofacto (a qua non poſſunt abſolui niſi a romano pontifice preterq̃ in mortis articulo) quicunq; de ordinibus mendicantibus facientes ſe recipi (etiam pretextu quarũcunq; litterarũ apoſtolicarũ) ſub quacunq; verborum forma conceſſarum: ad aliquem ordinem monachalem: excepto ordine carthuſienſiũ. Quã etiã ſententiã incurrũt ipſos recipientes. Ex concilio Conſtantie. ſub Martino. 5. 12 Contra oẽs fratres mendicantes.

¶ Excõmunicationẽ incurrunt ipſofacto fratres ⁊ ſorores tertij ordinis qui collegialiter viuentes: poſt factã profeſſionẽ: ⁊ emiſſionẽ trium votorũ ſubſtãtialiũ ſolẽniter in manibus ſui miniſtri vel miniſtre: matrimoniũ contrahũt ſeu ante contractũ cõſummãt: aut religionẽ ipſam dimittunt ad ſecularẽ vitam euntes. Et tale matrimoniũ eſt nullũ: nec poſſunt abſolui niſi habitu reaſſumpto ſuã pfeſſionẽ collegialr̃ viuẽtes obſeruent: ⁊ a ſuis ſupiorib⁹ abſolui meruerint. Sixtus. 4. in extrauagãti que incipit. Ad xpi vicarij preſidentis. 13 Contra ffes ⁊ ſorores tertij ordinis.

¶ Excõicationẽ incurrunt fratres mi. ⁊ predicatores recipientes ſiue admittẽtes ad priuilegia ⁊ imunitates ordinũ ſuorũ quoſcũq; laicos vtriuſq; ſexus: pretextu tertij ordinis ſeu alterius modi: niſi geſtauerint habitũ predicti tertij ordinis ſolitũ: ⁊ profeſſionẽ emiſerint ſolitã: ⁊ in aliqua domo ſeu cõgregatione dictorũ fratrũ vel ſororũ vitã duxerint in cõmuni. Non obſtãtibus quibuſcunq; litteris aplicis. Sixtus in bulla que incipit. Deteſtãda nullorũ ambicio. 14 Cõtra ffes mi. ⁊ pdica.

Exempti fratres particulares.

1
Officia ordi- **C**Lemens. 4.prohibuit:ne aliquis frater minoꝛ exē-
nis. ptus ab obediētia oꝛdinis:poſſit cōtra ſta-
tuta religionis moꝛari in domibus fratrum dicti oꝛdinis:aut
in eoꝝ officijs ſe imiſcere vel itromittere.B.ffo.75.ꝯce.224.
2 **Gregoꝛius.** 11.ſtatuit ⁊ oꝛdinauit:ꝙ omnes ⁊ ſin
guli religioſi quoꝛumcunqȝ oꝛdinuȝ
Pro oībus etiā mēdicantiū:ſedis apoſtolice capellani perinde eoꝝ ſuperioꝛibus ⁊ ipſoꝝ
mēdicātib⁹ coꝛrectionibus:in oībus ⁊ per omnia ſint ſubiecti:ac ſi predicti capellani nō
Coꝛrectio. eſſent.Non obſtantibus exēptionibus ⁊ alijs quibuſcunqȝ priuilegijs in con
trarium facientibus.b.fo.37.Et ffo.35.conce.39.
3
Prohibitio **Calixtus.** 3.ſtatuit ⁊ oꝛdinauit:ꝙ nullus dictoꝝ fratrū beneficia ſe-
cularia ſeu etiam regularia:quouis modo in titulum vel
commendam pro tempoꝛe habentium:poſſint capitulis generalibus vel pro
uincialibus aut congregationibus ſeu negocijs vel officijs:aut alijs admini-
ſtrationibus oꝛdinis(niſi generalis pro tempoꝛe conſenſu interueniente) quo-
modolibet admitti:ſub excommunicationis pena quam admiſſi ⁊ admittē-
Excōicatio. tes incurrant ipſofacto.B.fo.92.Et ffo.175.conce.410.
4
Miniſter ge **Nicolaus.** 5.conceſſit miniſtro generali fratrum mi.ꝙ poſſit viſita
neralis. re ⁊ coꝛrigere quoſcunqȝ fratres exemptos prefati oꝛdi-
nis:pꝛout late poſitum eſt ſupꝛa in dictione Coꝛrectio.§.9.
5 **Sixtus.** 4.ſtatuit:vt ſi aliqui fratres mi.aut predicato. obtinuerint
Pro fratri. habilitationē ad habenda beneficia eccleſiaſtica:⁊ ꝙ interim
pdicatoꝛib⁹ vel poſtq̄ȝ ea habuerint valeant reſidere in domibus dicti oꝛdinis: ⁊ ibidem
⁊ minoꝛib⁹. cameras:ac vocem actiuam ⁊ paſſiuā in capitulis generalibus habere: ⁊ pri-
uilegijs dictoꝝ fratrum ⁊ oꝛdinum gaudere:ꝙ iſti tales poſtq̄ȝ aliquod bene-
ficium pacifice adepti fuerint:aut pro capellanis in aliquibus eccleſijs deſer-
uire ceperint:conceſſionibus predictis nequeant gaudere:aut alijs conſimili
Officia oꝛdi bus oꝛdinem concernentibus:niſi de prelatoꝛum cōſenſu.Et idem ſtatuit de
nis. promotis ad cathedrales etiaȝ titulares:ac alias dignitates eccleſiaſticas.B.
Epiſcopi. fo.66.Et ffo.149.conce 365.
6 ¶IDEM Sixtus conceſſit ſeu ſtatuit:vt nullus profeſſoꝛ oꝛdinis Carme-
Ex priuile- litarum beneficia ſecularia ſeu etiam regularia:quoꝛumuis Romanoꝛū pon
gijs carmeli tificum:aut ſedis apoſtolice vel legatoꝛum eius conceſſione vel indulto:quo-
tarum. uis modo in titulum vel commendam pro tempoꝛe obtinentium:aut que fu-
turis tempoꝛibus quomodolibet obtinebunt:etiam ſi illa ſimpliciter vel alio
quouis modo dimiſerint:in capitulis generalibus vel prouincialibus:aut
congregationibus:ſeu negocijs:officijs:vel alijs adminiſtrationibus dicti oꝛ
dinis(niſi generalis pro tempoꝛe conſenſu interueniente) quomodolibet ad-
mittantur:ſub excōmunicationis pena:quam admiſſi ⁊ admittentes ipſofa-
Excōicatio. cto incurrant.B.ffo.188.conce.482.
7 **Julius.** 2.commiſit vniuerſis prelatis ⁊ alijs perſonis in dignitate ec-
De examina cleſiaſtica conſtitutis:vt requiſiti a prelatis oꝛdinis minoꝛuȝ
tione priuile ⁊ cōmiſſarijs romane curie:aut alijs fratribus ad hoc per eoſdem deputatis:
gioꝛū exem- examinent quaſcūqȝ litteras apoſtolicas:quas fratres dicti oꝛdinis ſuper ex-
ptionū fruȝ emptionibus:⁊ habitus mutationibus:⁊ dimiſſionibus:⁊ alijs extoꝛſionib⁹
pꝛicularıuȝ impetratas reppererint:⁊ ꝙ cauſas per eoſdē fratres in illis allegataȝ diiudicēt.

⁊ ſi veras non repererint:eas reuocent ⁊ annullent:ac eiſdem fratribus mini-
me ſuffragari debere declarent.Ac ꝙ predictis fratribus ad oꝛdinem canoni- Nota.
coꝛum regularium tranſlatis ſeu vt ſeculares incedētibus:nec in ciuitatibus
oppidis vel locis vbi domus dicti oꝛdinis fuerint permaneāt inhibeant:vel
ſi in eis manere voluerint:vt ad oꝛdinem ſeu familiam cuius habitum teme-
re reliquerint:redeant.B.ffo.13.conce.50.
Leo. 10.ſtatuit ꝙ nullus frater oꝛdinis mi.obſeruantie:obtinere poſſit 8
aliquam exemptionem aut indultum apoſtolicū:ſub quauis foꝛ De licētia re
ma ⁊ expreſſione verboꝝ:niſi generaliū aut cōmiſſarioꝝ ſuoꝝ in romana cu- quiſita p im
ria exiſtentium ad hoc expreſſus accedat aſſenſus.Et ꝙ ſi illa impetrauerit:il- petratiōe ex-
la nullatenus ſibi ſuffragentur:vt illoꝝ obtentu a prelatoꝝ ſuoꝝū iuriſdictio- emptionis.
ne ⁊ regulari diſciplina exemptus cenſeatur.B.ffo.15.conce.52.
¶IDEM Leo iterum prohibuit ne aliquis frater minoꝛ:cuiuſcunqȝ cōdi- 9
tionis ⁊ gradus exiſtat:vigoꝛe cuiuſuis reſcripti apoſtolici:ſub quauis verbo De licētia cō
rum foꝛma:⁊ cum quibuſuis derrogatoꝛijs ⁊ efficaciſſimis clauſulis quomo miſſarij pro
dolibet emanati:exemptus a iuriſdictione ſuoꝛum prelatoꝝ in aliquo cenſea- impetratiōe
tur:niſi prius cōmiſſarij dicti oꝛdinis in romana curia reſidentis:ad hoc ex exēptionis.
preſſus ⁊ in ſcriptis accedat aſſenſus:decernens irritum ⁊ inane:quicquid ſe-
cus a quoq̄ȝ quauis auctoꝛitate ſcienter vel ignoꝛanter cōtigerit attētari.B.
ffo.18.conce.59.

Exemptio.

CLemens. 4.exemit fratres in multis a iuriſdictiōe ⁊ 1
ſubiectiōe plātoꝝ eccleſie.Et primo ꝯceſſit Exemptio a
ꝙ per litteras apoſtolice ſedis aut legatoꝝ ſeu delegatoꝝ ipſius: prelatis eccle
conueniri a quoq̄ȝ minime valeant predicti fratres minoꝛes. ſiaſticis.
¶Secūdo:ꝙ ad pecuniā colligendam cogi nō poſſint inuiti
etiam per litteras ſedis apoſtolice de cetero impetrandas.
¶Tertio:ꝙ nullus predictoꝝ fratrum teneatur coꝛrectionis ſeu viſitationis
vel inquiſitionis officium:monaſterijs vel eccleſijs ſeu quibuſcūqȝ perſonis
impendere:vel ad cognitiones cauſaꝝ ſeu citationes partium ⁊ denuntiatio-
nes ſententiarum interdicti ⁊ excommunicationis procedere.
¶Quarto:ꝙ non teneantur recipere curam monialium ſeu religioſarū qua De monialı-
rumlibetue perſonarum:per quaſcunqȝ litteras apoſtolicas:niſi de hoc indul bus ⁊ alijs
to ⁊ oꝛdine predicto:expreſſam fecerint mentionem.B.fo.57.Et ffo.140.cō- religioſis.
ceſſione.321.
¶IDEM Clemens conceſſit:vt ad viſitandum aliqua monaſteria monia 2
lium cuiuſcūqȝ oꝛdinis:vel ad audiendas confeſſiones eaꝝ:nequeant pdicti De moniali-
fratres aliquatenus compelli.Nec ad recipiendum commiſſiones cauſarum bus.
ſeu ſententiarum executiones:vel alia contingentia cauſas ipſas per litteras Viſitatio.
ſedis apoſtolice(in quibus non facta fuerit de indulto huiuſmodi mentio ſpe
cialis)ſiue per legatos vel delegatos ipſius:aut etiā per alios quoſcunqȝ.B.
fo.57.Et ffo.140.conce.322.
¶IDEM Clemens conceſſit inſuper:ꝙ nullus archiepiſcopus vel epiſco- 3
pus:nulluſqȝ alius prelatus eccleſiaſticus:valeat compellere fratres minoꝛes De exēptiōe
ad poꝛtandum ſeu deferendum litteras:vel exequendum aut denūtiandum ab omnib⁹.

actibuſ fori iudicialis.

ſententias contra principes ſeculares communitates populos ſeu alios quoſcunqꝫ benefactores eorundem fratrum. Ac etiam ꝙ nullus delegatus vel ordinarius iudex poſſit eoſdem fratres cõpellere ad faciendum citationẽs vel cõmiſſiones recipiendas: ſiue ꝙ ſint in aliquibus cauſis aſſeſſores: ſiue ad lites ⁊ controuerſias cõtingentia: in cauſis que coram ipſis tractantur: ſine ſedis apoſtolice ſpeciali mandato vel licentia: expreſſam faciente de huiuſmodi indulto mentionem. Nec quiſq̃ eorũ teneatur parere vel intendere ſuper his monitionibus ſeu mãdatis aut iuſſiõibus eorũdem aut facere vel implere qđ in hac parte duxerint iniungendum. B. fo. 57. Et ffo. 140. conce. 323.

4 *Exẽptio ab occupatione in qbuſlibet negocijs extra ordinem*

¶ IDEM clemens conceſſit ꝙ nullus legatus niſi de latere: auctoritate litterarum apoſtolicarum ſpecialem de indulto huiuſmodi: ⁊ ordine predictorũ fratrum minorum non facientium mentionem: nulluſqꝫ alius prelatus: nec aliqua perſona religioſa vel ſecularis de huiuſmodi fratribus: ad ſua vel alterius negocia procuranda: ſeu ad ſecum manendum: aliquem aſſumere valeat: niſi quos generalis vel prouinciales miniſtri tanq̃ idoneos ⁊ diſcretos eis duxerint aſſignandos: quos etiam ſubiacere voluit ordinis diſcipline. B. fo. 57. Et ffo. 141. conceſſione. 325.

5 *Cõfeſſiones. Proceſſiões. Obedientia. Edificare. Excõicatio. Collector.*

¶ IDEM Clemens prohibuit vniuerſis eccleſiarum prelatis ⁊ alijs: ne confeſſiones fratrum mi. inuitis prelatis eiuſdem ordinis audire pſumant. Nec eos compellant ad ſinodos ſeu congregationes ſuas accedere: vel cum eis extra ciuitates vel intra proceſſionaliter exire: aut ſuis conſtitutiõibus ſubiacere: vel capitula ſcrutinia ⁊ inquiſitiones in locis ſeu monaſterijs fratruꝫ vel alibi de eiſdem facere. Aut fidelitatem iuramento firmatam: ⁊ manualem obedientiã a miniſtris ſeu cuſtodibus vel guardianis eiuſdem ordinis exigere: aut de ipſorum inſtitutione vel deſtitutione ſiue de ſtatutis ordinis ſe aliquatenus intromittere: ſeu prohibere ne ad ciuitates ⁊ villas vbi religioſe viuere ⁊ morari poſſint: a populis euocati audeant accedere: ibiqꝫ pro ſuis vſibus conſtruere edificia ſeu eccleſias ⁊ oratoria: aut in ſic accedentes ſeu in conſtruentes fratres huiuſmodi vel receptatores ipſorum: excõmunicationis ſententias pferre preſumant. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 338. ¶ Idẽ habetur quoad fratres carmelitas. B. ffo. 186. cõce. 476. Et quoad fratres predicatores. B. ffo. 238. conce. 564. Et quoad Auguſtinenſes. B. ffo. 246. conce. 604.

6 *Canonica portio.*

¶ IDEM Clemens exemit prefatos fratres a ſolutione canonice portionis de ornamentis ⁊ pluribus alijs: prout ad longum poſitum eſt ſupra in dictione Canonica portio. §. 3.

7 *Exemptio a quibuſlibet exactionibꝰ.*

¶ IDEM Clemens conceſſit eiſdem fratribus minoribus: vt ad preſtationem procurationum legatorum ſedis apoſtolice vel nuntiorum ipſius ſeu dioceſanorum locorum: aut exactionum vel collectarum ſeu ſubſidiorum vel prouiſionum quorumcunqꝫ minime teneantur. Nec ad ea ſoluenda per litteras dicte ſedis apoſtolice aut legatorum vel nuntiorum eiuſdem: ſeu rectorum terraruꝫ eccleſie romane: cuiuſcũqꝫ tenoris fuerint cõpelli poſſint: niſi huiuſmodi littere apoſtolice impetrande: plenam ⁊ expreſſam de hoc indulto ⁊ ordine predicto: fecerint mentionem. B. fo. 59. Et ffo. 142. conce. 341.

8 *De exẽptiõe ab omni iuriſdictiõe platorum eccliẽ.*

¶ IDEM Clemens exemit eoſdem fratres ab omni iuriſdictione prelatorum eccleſie ordinariorum. Ita ꝙ non obſtante conſtitutione Innocentij. 4. non teneantur fratres predicti: pro quibuſcunqꝫ cauſis vel delictis: prefatis

locorum ordinarijs ſubiacere. Decernens irritum ⁊ inane quicquid ſecus attentari contigerit. B. 59 Et ffo. 142. conce. 342.

9 *Excõicatio.*

¶ IDEM Clemens prohibuit: ne fratres minores ab aliquo legato (niſi de latere ſedis apoſtolice miſſo) vel ſubdelegato aut ſubdelegato: auctoritate litterarũ apoſtolicarum excommunicari ſuſpendi aut interdici poſſint: niſi littere ipſe plenam ⁊ expreſſam de predicto ordine ⁊ indulto huiuſmodi facerent mentionem. B. ffo. 3. conce. prima.

10 *De imediata ſubiectiõe ſedi apoſtolice*

Nicolaus. 4. conceſſit exemptionem totalem ordini minorũ: decernens ordinem predictum ⁊ fratres eiuſdem: immediate ſedi apoſtolice ſubiacere. Ac eccleſias ⁊ oratoria domus loca libros vtenſilia: ⁊ alia mobilia ⁊ immobilia (quorum vſum habent fratres prefati) in ius ⁊ proprietatem ſedis apoſtolice ſuſcepit. B. fo. 28. Et ffo. 112. cõce. 243.

¶ Uide ampliationem prefate conceſſionis infra. §. 14.

11 *Cõfirmatio exẽptionũ ſuprascriptarum.*

Bonifacius. 8. confirmauit litteras predeceſſorum ſuoruꝫ: ſuper exemptione pdicta: ⁊ đ nouo exemit fratres mino. prefatos ⁊ illorum ordinem: ab omnium ⁊ ſingulorũ quorumlibet prelatoruꝫ ⁊ perſonarum eccleſiaſticarum omnimoda poteſtate ac iuriſdictione: decernens prefatos fratres ⁊ ordinem eorum immediate ſedi apoſtolice tantũmodo ⁊ romano pontifici ſubiacere. b. fo. 32. Et ffo. 32. conce. 34.

12 *Pro monialibus ſancte Clare.*

¶ IDEM Bonifacius conceſſit monialibus ſancte Clare: vt ad preſtationem decimarum de quibuſcũqꝫ poſſeſſiõibus: ⁊ omnibus alijs bonis que iuſte habuerint: vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum: ⁊ etiam legatorũ: ⁊ nuntiorum ſedis apoſtolice: ac qbuſlibet talijs ⁊ collectis: aut ad exhibendum pedagia telonea ⁊ alias exactiones quibuſuis regibus principibus ſeu alijs perſonis: minime teneantur: nec ad id compelli aliqualiter valeant. B. fo. 38. Et ffo. 122. conce. 267.

13 *Pro auguſtinenſibus.*

¶ IDEM Bonifacius dedit copioſam exemptionem fratribus Auguſtinenſibus ⁊ eorum ordini: ſicut cõceſſerat fratribus ⁊ ordini mi. B. ffo. 247. conce. 619.

14 *Ampliatio exẽptionum ſuprascriptarum.*

Benedictus. 11. exemit ordinem fratrum minorum: ſicut fecerat Nicolaus 4. ſupra. §. 10. ⁊ addidit ꝙ nec etiam ratione delicti commiſſi vel initi contractus: aut rei ſite vel poſite ſeu exiſtentis extra loca eorumdem fratrum exempta: poſſint coram ordinarijs vel alijs prelatis eccleſiaſticis moleſtari ſeu quomodolibet conueniri. Non obſtante conſtitutione Innocentij. 4. in contrarium faciente. B. fo. 24. Et ffo. 108. conceſſione. 232.

15 *Pleniſſima exẽptio pro fratribꝰ pdicatoribus ⁊ alijs pſonis eis ſubiectis*

Martinus. 5. approbauit ⁊ confirmauit litteras Bonifacij. 9. qui dedit ampliſſimam exemptionem ordini fratrum predicatorum: ⁊ ab ea dependentibus: ſub ſequentibus verbis. Ueſtigijs nonnullorum predeceſſorum noſtrorum inherentes: ordinem ipſum ac magiſtrum generalem ⁊ priores ⁊ fratres predictos: necnon quaſcunqꝫ ſorores: ac domos monaſteria: ⁊ hoſpitalia quecunqꝫ: que ſub cura ⁊ regimine ordinis fratrum predicatorum fuerint pro tempore conſtituta: ⁊ eorum rectores ⁊ gubernatores cum omnibus ſuis iuribus ⁊ pertinentijs: que in preſentiarum obtinent: ⁊ in futurum (dante domino) iuſtis modis poterunt adipiſci: ab omni iuriſdictione dominio ſubiectione ⁊ poteſtate: quorumlibet

quorumlibet ordinariorum ⁊ prelatorum ac perſonaꝝ eccleſiaſticaꝝ: necnon
a ſolutione cuiuſcūqꝫ collecte pedagij aut cuiuſcūqꝫ alterius generis exactio-
Exactiones. nis: de apoſtolice poteſtatis plenitudine: ⁊ de certa ſcientia prorſus eximimus
⁊ totaliter liberamus: illaqꝫ in ius ⁊ proprietatem beati Petri ⁊ ſedis apoſtoli-
ce: ⁊ ſub eorum ſpeciali ⁊ immediata protectione ſuſcipimus: decernentes or-
dinem magiſtrum priores fratres ⁊ ſorores qui nunc ſunt ⁊ erunt pro tempo
re domos monaſteria loca ⁊ hoſpitalia ſupradicta: eorumqꝫ rectores ⁊ guber-
natores: cum omnibus iuribus ⁊ pertinentijs huiuſmodi: ſoluꝫ immediate
ſedi apoſtolice ſubiacere. Ita ꝙ ordinarij ⁊ p̄lati huiuſmodi: ſiue queuis alia
perſona generaliter vel ſpecialiter aut cōmuniter vel diuiſim: nō poſſint qua
uis auctoritate excommunicationis ſuſpenſionis ⁊ interdicti ſententias pro-
mulgare: aut alias etiam ratione delicti ſeu contractus vel rei de qua agitur:
vbicunqꝫ cōmittatur delictum: iniatur contractus: aut res ipſa conſiſtat: po-
teſtatem ſeu iuriſdictionem aliquam quomodolibet exercere. Ibidem etiā cō
cedit omnibus ſupra nominatis: exemptionem a ſolutione decimarum ⁊ pe-
Decime. dagioꝝ ⁊ collectaꝝ valde copioſiſſime: ita ꝙ in omnibus exemptiōibus ordi-
num mendicantiū: nulla reperitur copioſior. b. ffo. 262. cōce. 681. Et habetur
ſub autentico. B. fffo. 80. conce. 240. ſub nomine Eugenij. 4.

16 **Eugenius.** 4. approbauit ⁊ confirmauit litteras Bonifacij. 9. ⁊
Pro fratri- Martini. 5. in quibus datur copioſiſſima exemptio or-
bꝰ p̄dicato. dini fratrum predicatorum: vt ſupra poſitum eſt. §. 15. Hec autēꝫ approbatio
Eugenij habetur auctentica. B. fff. 80. conce. 240.

17 ¶ IDEM eugenius exemit ordinem ſancte Clare abbatiſſas conuentus mo
Pro monia nia les monaſteria ⁊ loca eiuſdem ordinis: cum omnibus iuribus ⁊ pertinen-
libus ſancte tijs ac bonis mobilibus ⁊ immobilibus quibuſcunqꝫ: ab omni iuriſdictio-
Clare. ne ac dominio ⁊ poteſtate quorumcūqꝫ legatoꝝ ⁊ prelatorum eccleſiaſticoruꝫ:
Decime. cū maximis clauſulis ⁊ non obſtantijs. Ac ſimiliter exemit a preſtatione ſeu
Exactiones. ſolutione decimarum collectaꝝ talliaꝝ ſubſidioꝝ angariarum ac quarumli-
bet aliarum exactionum. b. ffo. 41. conce. 46.

18 **Nicolaus.** 5. quia aliqui eccleſiarum prelati ⁊ alij: non obſeruabant
exēptionis litteras conceſſas fratribus mi. ſtatuit ⁊ man
dauit: vt nulla perſona cuiuſcunqꝫ dignitatis gradus ſtatus vel conditionis
Excōicatio. exiſtat: de cetero predictos fratres moleſtare: aut perturbare preſumāt: ſub ex-
cōmunicationis pena ipſofacto incurrēda: ſi poſt monitionem ab huiuſmo-
Generalis. di fratribus factam: contrarium preſumpſerint. ¶ Et ibidem concedit gene-
miniſter. rali miniſtro poteſtatem corrigendi omnes fratres dicti ordinis: ſiue in mona
Correctio. ſterijs monialium ſiue in alijs domibus ⁊ heremitorijs ſeu locis cōmorantes:
etiam ab obedientia viſitatione ⁊ correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſe-
Exemptio. dis apoſtolice indulta: ſe exemptos eſſe (preter regule ⁊ ſtatutorum dicti ordi-
nis formam) pretendentes. Non obſtantibus quibuſcunqꝫ priuilegijs: exem-
ptiōibꝰ ⁊ indultis apoſtolicis: in genere vel in ſpecie ꝯceſſis. b. ffo. 47. ꝯce. 50.

19 **Sixtus.** 4. exemit fratres mi. a ſolutione decimarum quarumcunqꝫ
Decime. etiam papalium: vt habetur ſupra ad longum in dictione
Decime. §. 5.

20 ¶ IDEM Sixtus exemit moniales ſancte Clare a ſolutione decimarum:
Decime. etiam illaꝝ terrarum ⁊ poſſeſſionū quas per colonos faciunt cultiuari: prout

poſitum eſt ſupra in diction: Decime. §. 7.
¶ IDEM ſixtus exemit eccleſias parrochiales apud quas mōaſteria fratrū 21
mi. ſunt cōſtructa: ⁊ capellanos in illis pro parte fratrū eorūdē poſitos ad ſer- Parrochia.
uiendū: a iuriſditione ⁊ ſuperioritate ordinarioꝝ. B. fo. 60. Et ffo. 144. con- eccleſie.
ce. 351. Et habetur ſupra latius in dictione Eccleſie fratrum. §. 4. vide ibi.
¶ IDEM ſixtus inhibuit locoruꝫ ordinarijs: ſub interdicti ingreſſus eccle- 22
ſie ⁊ ſuſpēſionis a regimine: ⁊ adminiſtratione eccleſiarum ſuarum ac rectori-
bus ⁊ alijs quibuſcunqꝫ ſub excōicationis late ſententie ⁊ priuationis earū- Excōicatio.
dem parrochialiū eccleſiaꝝ: ac omniū alioꝝ beneficioꝝ eccleſiaſticoꝝ que ob-
tinēt: necnon inhabilitationis ad illa ⁊ alia impoſterū obtinēda penis (eoipſo
per eos qui cōtra fecerint incurrēdis) ne ordines fratrū predicatorū ⁊ minoꝝ: Pro fratri-
⁊ illoꝝ domos: ⁊ ꝓfeſſores: preter aut cōtra tenorē priuilegioꝝ ſuoꝝ per litteras bꝰ p̄dicatori-
apoſtolicas cōceſſorū: eos inquietare ſeu moleſtare preſumāt. Ac eos aut teſta- bus ⁊ mino.
mentoꝝ vltimarūqꝫ volūtatū executores ⁊ heredes ſeu quoſcunqꝫ alios: dire-
cte vel indirecte: ad ſolutionē cuiuſcunqꝫ quarte parrochialis ſeu canonice Quarta.
vel alterius portionis ſeu oneris vel ad faciēdū celebrari aliquod officium in
eoꝝ eccl'ijs vel alibi: dum apud ipſos fratres decedentiū corpora tumulantur:
ante vel poſt eoꝝ ſepulturā cogant. Nec confeſſis dictis fratribus eucariſtie Sacramēta.
ſeu extreme vnctionis ſacramēta ſine rationabili cauſa denegare vel illorū ex-
hibitionem malicioſe differre: aut eorū parrochianis ne predictis fratibus cō
fiteantur prohibere vel perſuadere: nec etiā ad premiſſa aut aliquod premiſſo
rum auxiliū conſilium vel fauorem dare directe vel indirecte quo quomodo
preſumant. B. fo. 61. Et ffo. 145. conce. 355.
¶ IDEM ſixtus cōceſſit fratribus Carmelitanis copioſam exemptionē: di 23
cens in ſumma: ꝙ nullus ordinarius ſeu legatus quauis auctoritate vtens: Pro fratri-
quācunqꝫ ſuperioritatē ſup predictos fratres ſibi vēdicare p̄ſumat. Neqꝫ ali bus Carme-
quis abſqꝫ ſpeciali cōmiſſione ſedis apoſtolice: faciēte mētioneꝫ de verbo ad litis.
verbum de hm̄oi indulto: valeat ꝓmulgare aliquas ſentētias excōmunicatio- Excōicatio.
nis ſeu alias cēſuras ſuper eoſdē. Et voluit ꝙ ꝓceſſus facti cōtra fratres pre-
fatos: pro infectis habeātur: etiaꝫ ſi eorum exēptio (vtpote notoria) non fuerit
allegata. B. fo. 99. Et ffo. 183. cōce. 449. Et etiā ffo. 185. conce. 466. extēdit
exēptionem predictorum fratrum ad hoc vt nullus poſſit compellere eos ad
cognoſcēdum cauſas: ⁊ pleraqꝫ id genus: etiā per litteras apoſtolicas non fa-
cientes de indulto hoc ſpecialem mentionem.
¶ IDEM ſixtus exemit predictos fratres Carmelitas a quacunqꝫ iuriſdi- 24
tione inquiſitorum heretice prauitatis: cum magnis non obſtātijs. B. fo 112. Pro Carme
Et ffo. 196. conce. 489. litis.
¶ IDEM ſixtus dedit copioſam exēptionē fratribꝰ ordinis predicatorum: 25
ad inſtar exēptionis date fratribus Carmelitis ⁊ Mino. B. o. ffo. 238 conce. Pro fratri-
560. ⁊. 564. ⁊ vſqꝫ ad conceſſionem. 570. bꝰ p̄dicato.

Innocentius. 8. cōfirmauit ac de nouo cōceſſit litteras Clemē- 26
tis. 4. ⁊ Sixti. 4. eximētes fratres mi. a iuriſdi- Inqſitores
tione inquiſitoꝝ heretice prauitatis: prohibēdo eoſdem inquiſitores cōtra fra- hereſis.
treſ huiuſmodi quomodolibet procedere vel inquirere. b. ffo. 52. conce. 60.

Leo 10. ꝯfirmauit lr̄as predictas Innocētij. 8. ac de nouo ꝯceſſit eaſdē: 27
inſerēdo illas de verbo ad verbū; decernēs illas debere inuiolabiľr

obſeruari a quibuſcūq; inq̄ſitoribus heretice prauitatis. B. ffo. 21. ꝯce. 64.
28 Inq̄ſitores hereſis. ¶ IDEM leo iterum prohibuit diſtricte inquiſitoribus heretice prauitatis: ne ſe vllo modo intromittant de fratribus mino. ſuper quo dedit conſeruatores vniuerſos eccleſiarum prelatos. B. ffo. 20. conce. 63.
29 Pro mōia. ſcte Clare. ¶ IDEM leo approbauit ac de nouo cōceſſit lr̄as ſuoꝝ p̄ceſſoꝝq; exemerāt moniales ſcte Clare ab oī iuriſditiōe ſedis aplice: ꝛ a ſolutiōe quarūcūq; decimaꝝ: ēt ꝺ terris ꝛ poſſeſſiōib9 q̄s p colonos faciūt cultiuari. b. ffo. 44. ꝯc. 139
30 Pro mo. s. Cla. ꝛ tertia. ¶ IDEM leo poſtea exemit monieles ſcte Clare ꝛ tertiarias a ſolutione cuiuſuis decime vel taxe: etiā p ſedē aplicā īpoſite: ſi tū ita ſunt paupes: q̄ ipſaꝝ redditus non ſufficiūt pro cōmoda illaꝝ ſuſtentatione. B. ffo. 47. cōce. 143.
31 De cōmiſſarijs cruciate ¶ IDEM leo exemit fratres minores obſer. a iuriſditione cōmiſſarioꝝ cruciate ꝛ alijs cōſimilibus: precipiens hmōi cōmiſſarijs ſub grauibus cēſuris: ne aſſumāt fratres minores prefatos ad p̄dicādum cruciatam. B. ffo. 48. conce. 144. Hoc poſitum eſt ſupra ad logum in dictione Cruciata. §. 4.
Collector. ¶ De exemptione a quarte funeralis ſolutione: ſunt multe cōceſſiones diuerſorum pontificum ſupra poſite in dictione Canonica portio.
¶ Sed circa hāc materiā eſt aduertendū q̄ ſupraſcriptaꝝ exēptionū: ꝛ nōnullaꝝ aliaꝝ cōceſſionū in fauorē fratrū mēdicantiū cōceſſaꝝ: fuerūt alique derogate p cōciliū Lateranēſe vltimo celebratū: vt poſitū eſt in dictione Conciliū. §. 6. Attū q2 vt ibidē. §. 7. dicit: fuerūt reualidata noſtra priuilegia: ꝛ per conſequēs ſunt annullate hmōi modificationes ſeu derogationes: ideo nō oportet illas hic inferere: preſertim quia quo ad exēptionem proprie ſumptaꝫ: fere nihil innouatum ſeu derogatum per concilium prefatum.

Familiares ſeu famuli fratrum.

1 Interdictū. ALexander. 4. fecit quādā ꝯceſſionē famul' ſeu familiarib9 ꝛ p̄curatorib9 ac oparijs ſr̄uꝫ p tpe iterdicti: q̄ pōit ad lōgū i dictiōe Interdictū. 3. i. §. 1. vide ibi.
2 Ex priuileg. carmelitaꝝ. Alexander. 4. cōceſſit fratrib9 ordinis Carmelitaꝝ facultatem miniſtrandi eccleſiaſtica ſacramenta familiaribus ſuis: ac tradendi eos ſepulture eccleſiaſtice cum deceſſerint. B. fo. 85. Et ffo. 168. conce. 391.
3 Sacramēta. Sepultura. Clemens. 4. cōceſſit fratrib9 mi. vt his q̄ in coꝝ morant' obſequijs: cūcta libere miniſtrare poſſint eccliaſtica ſacramēta: ꝛ ipſos cū deceſſerint in ſuis cemiterijs ſepelire. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 315.
4 ¶ IDEM clemēs fecit alterā cōceſſionem famulis ſeu familiaribus ꝛ procuratoribur ac operarijs fratrū minorum: prout ad longum poſitum eſt in dictione Interdictum. 3. in. §. 3. Vide ibi.
5 Ex priuileg. fratrū p̄di. Gregorius. 11. fecit cōſimilē cōceſſionē familiaribus fratrū ordinis p̄dicatoꝝ: p eadē verba ſicut Clemēs. 4. fecerat familiarib9 fratrū mi. vt ſupra poſitū eſt. §. 3. ꝛ. 4. B. ffo. 236. conce. 546.
6 Indulgētia Sixtus. 4. cōceſſit q̄ illi qui ſunt in ſeruitio fratrum mi. ꝛ ſoroꝝ ſancte Clare: habeant indulgentiam plenariam in morte: ac ſemel in vita de reſeruatis. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce 96.
7 Ex p̄ui. fra. ¶ Juli9. 2. ꝯceſſit fratrib9 ordinis minimorū: q̄ famuli domoꝝ ſui ordinis: necnō ceteri eiuſdē ordinis habitū portātes: ꝛ in articulo mortis in dictis do-

mibus ſepulturā eligētes: oibus ꝛ ſingulis p̄uilegijs ordinis minimoꝝ hmōi quomodolibet cōceſſis: gaudere: libere: ꝛ licite valeant. B. ffo. 8. conce. 22. minimorū. Sepultura.
Leo. 10. in cōcilio Lateranenſi ſtatuit: q̄ fratres famulis eorū obſequio inſiſtentibus: ſacramēta eccleſiaſtica nullatenus miniſtrare valeāt: niſi illorum durante obſequio. B. ffo. 26. conce. 74. 8 Prohibitio. Sacramēta.
¶ IDEM leo vbi ſubra ſtatuit: q̄ p̄curatores ꝛ negocioꝝ geſtores ac operarij fratrum ſeruitijs inſiſtētes ſententijs excōmunicationis promulgatis illaqueati ſint ꝛ eſſe cenſeantur: ſi illis cauſam dederint aut dantibus conſilium auxilium vel fauorem preſtiterint. B. ffo. 26. conce. 85. 9 Excōicatio.
¶ Aduerte q̄ nōnulla alia cōceſſa ſunt in fauorē familiariū fratrū p tpe interdicti. Et q2 hec poſita ſunt ſupra in dictiōe Interdictū. 3. in oib9. §. ideo ſuperfluuꝫ foret hic illa repetere. Collector.

Feſtiuitas.

GRegorius. 9. p̄cepit vniuerſis eccliaꝝ p̄latis: vt excitēt deuotionē fideliū ad venerationē ſcti Frāciſci ac q̄ ſolēnitatē ei9. 4. nonas Octobris: ānis ſinguls ſolēniter celebrēt: ꝛ celebrādā denūciēt. b. fo. 19. ꝛ ffo. 22. ꝯce. 2. 1 De ſctō Frāciſco.
¶ IDEM gregorius ſimiliter p̄cepit eccleſiaꝝ p̄latis: quatenus deuotiōe fideliū ad venerationē ſancti Antonij ꝺ Padua excitantes: feſtiuitatē ipſius idibus Junij: annis ſingulis celebrent: ꝛ faciant ſolēniter celebrari. B. fo. 117. Et ffo. 200. conce. 491. 2 De ſctō Antonio.
Martinus. 5. ſtatuit: q̄ de oib9 feſtis triū lectionū: feſta nouē lectionū fiāt. Et q̄ vtrūq; feſtū. ſ. Crucis: ſub duplici offō celebret'. Ac q̄ rubrica ꝺ feſtis occurrētib9 īfra octa. nō intelligant' de p̄cedētib9 ſeu reſiduis: ſꝫ ſolū de exiſtētib9 ſeu occurrētibus īfra octa. b. ffo. 36. ꝯce. 41. 3 Officiuꝫ diuinum. Octaua.
Eugenius. 4. dixit: q̄ ſeculares laborātes in feſtis ſancte Crucis: ꝛ ſancti Michaelis ſeptembris: ac ſanctorum Innocentium: ꝛ ſancti Silueſtri: ſe nolle q̄ peccent mortaliter: niſi venerint in dominica. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 83. Et fffo. 101. conce. 396. 4 Pro ſclaribus laboratoribus.
¶ IDEM eugenius diſpenſauit cū barbitonſoribus: vbi eſt conſuetudo in ſabbatis ꝛ vigilijs de ſero radere barbas. o. fffo. 101. conce. 400. 5
Sacroſancta ſinodus gn̄alis Baſiliēſis renouauit institutionē ꝺ celebrāda feſtiuitate ſcte ꝯceptiōis virginis Marie: q̄ tā p romanā q̄ꝫ p alias eccl'ias: ſexto idus decēbris ſtatuit ꝛ ordinauit in oibus eccleſijs ꝛ monaſterijs ꝛ conuētibus xp̄iane religionis: ſub noīe conceptionis: feſtiuis laudibus colendam eſſe. b. fo. 42. Et ffo. 40. conce. 45. 6 De cōceptione virginis.
Sixtus. 4. cōceſſit q̄ fiat feſtū ſancti Bonauēture dn̄ica ſcda Julij: niſi fuerit primo ponenda. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 154. 7 De. s. bona.
¶ IDEM ſixtus cōceſſit vniuerſis ꝛ ſingulis xp̄i fidelib9 vere penitētibus ꝛ cōfeſſis: qui glorioſi cōfeſſoris ſancti Frāciſci feſtiuitatē (quā perpetuis futuris tp̄ibus celebrē eſſe: ꝛ vt feſtum duplex a cunctis chriſtianis celebrari: ab omniq; opere ſeruili abſtineri: ꝛ ſub obſeruantia ꝛ precepto comprehendi voluit) celebrantibus annuatim: decem annos ꝛ totidem quadragenas de iniunctis eis penitentijs relaxauit. B. fo. 46. Et ffo. 130. conce. 291. 8 De ſctō Frāciſco. Indulgētia.
¶ Aduertēdū eſt circa p̄dicta q̄ i libro intitulato firmamēta triū ordinū beati Frāciſci in gallis impreſſo: cōtinetur hec eadē bulla ſeu breue: attū vbi hic Collector.

dicitur decem annos ⁊c. dicitur illic. Quinquaginta annos ⁊c. Et ſimiliter reperi ſcriptum in quadam tabula antiqua priuilegiorum ordinis. Quid autē iſtorum ſit verius: no potui determinate ſcire.

9 De quinqꝫ martyrib⁹. ¶ IDEM ſixtus cōceſſit: ꝙ fratres mi. poſſint vbiqꝫ ſolēniter ⁊ publice feſtum quinqꝫ martyrū ſui ordinis (qui apud marrochiū paſſi ſunt. ſ. Berardi: Petri: Adiuti: Accurſij: ⁊ Ottonis in officio duplici maiori: die. 16. Januarij) celebrare: qua die ab hoc ſeculo per martyriuꝫ receſſerunt. B. ffo. 131. conceſſione. 294.

10 De ſctis oi⁹ b⁹ ordi. mi. ¶ IDEM ſixtus conceſſit: ꝙ poſſimus dicere Credo in feſtiuitatibus ſeu ſolemnitatibus ſanctorū noſtri ordinis ⁊ ſancte Clare. o. fo. 63. Et ffo. 67. conceſſione. 118.

11 De. ſ. Lodo. ¶ IDEM ſixtus conceſſit: ꝙ fratres mi. poſſint dicere officiū propriū ſancti Lodouici epiſcopi ⁊ confeſſoris ſui ordinis. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 119.

12 De officijs ꝓprijs quarūdā feſtiuitatum. **Alexander.** 7. cōceſſit oibus ⁊ ſingulis fratribus minoribus d̄ obſer. vt in feſto p̄ſentationis virginis Marie: ac ſancti Gabrielis archangeli: ⁊ ſancte Catherine virginis ⁊ martyris ꝓpria officia dictarum feſtiuitatum libere ⁊ licite recitare: ac dicere poſſint ⁊ valeāt. Quodqꝫ feſtum predicte virginis ⁊ martyris Catherine ſub minori duplici celebrare poſſint. Et ꝙ ꝑ introitu miſſe eiuſdē dicatur officiū Gaudeamus omnes ⁊c. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 165.

13 ¶ IDEM alexander conceſſit: ꝙ fiāt feſtum ſancti Gabrielis in vigilia ſancti Joſeph. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 166.

14 De hiſtorijs ꝓprijs ſctoꝝ. ¶ IDEM alexander cōceſſit fratribus mi. de obſer. vt in ſolēnitatibus ſanctorum proprias eoꝝ hiſtorias (⁊ ſi in breuiario non ſint) dicere ⁊ recitare valeant. Et ꝙ feſtum omniū ſanctorum dicti ordinis: ſub vna celebritate poſſint dicti fratres dicere ac recitare. o. ffo. 261. conce. 679.

15 Cōicatio ꝓuilegiorum. **Julius.** 2. cōceſſit ꝙ omnia que ſunt cōceſſa in feſtiuitatibus ſanctoꝝ ordinis predicatoꝝ: oia illa in feſtiuitatibus ſanctoꝝ ordinis mi. (q̄uis ſint in maiori numero q̄ꝫ feſta predicatorum) conceſſa ſint ⁊ eſſe intelligantur. B. ffo. 228. conce 533. Et fffo. 74. conce. 222.

16 De ſeptē fratrib⁹ mino. martyrib⁹. **Leo.** 10. cōceſſit fratrib⁹ mino. ⁊ monialibus ſancte Clare: vt in eccleſijs monaſteriorum ſuorū dūtaxat: poſſint libere ⁊ licite celebrare: publice ac ſolēniter officium de beatis martyribus Daniele: Angelo: Samuele: Romulo: Leone: Nicolao: ⁊ Hugolino fratribus dicti ordinis mino. (qui pro chriſti nomine mortem ſubire libenter: ⁊ martyrij palmā in ſarracenoruꝫ partibus conſequi meruerunt) in officio duplici maiori: in die determinanda a generali capitulo. Ac etiam in letanijs ⁊ alijs diuinis officijs: prout de alijs ſanctis per ſedē apoſtolicā canonizatis memoriā facere. Et ꝙ ſimiliter ꝓpriaꝫ legendam eorum in choro cantare poſſint. B. fffo. 19. conce. 60.

17 Pro monialibus ſancte Clare. ¶ IDEM Leo conceſſit monialibus ſancte Clare ſub cura ⁊ regimine fratrum obſer. exiſtētibus: ꝙ feſta beate Agnetis: ⁊ vndecim millium virginuꝫ: perpetuis futuris tēporibus: ſub ritu duplicis maioris celebrare: libere ⁊ licite poſſint ⁊ valeant. B. fffo. 42. conce. 134.

18 Pro ſanctis voca. lo. fra. ¶ IDEM Leo cōceſſit: ꝙ fratres mino. obſeruātie poſſint celebrare feſta in quorum honore eccleſie locorum ſuorum ſunt dedicate: ſub ritu duplicis maioris: etiam ſi ſcd̄m ordinariū eſſent de ſe ſimplicia. o. fffo. 93. conce. 284.

Franciſcus pater noſter ſeraphicus.

1 **Gregorius.** 9 aſcripſit beatū Frāciſcū cathalogo ſanctoꝝ maxima cum ſolēnitate: ac p̄cepit omnibus eccleſiarum prelatis: vt quarto nonas octobris celebrent ⁊ celebrandam denuncient populis eiuſdem ſancti feſtiuitatem. b. fo. 19. Et ffo. 22. conce. 2. Feſtiuitas.

2 Stigmata. ¶ IDEM gregorius dedit multas bullas ſeu breuia i fauorē ſtigmatū beatiſſimi patris nr̄i Frāciſci: q̄ reperient̄ ifra in dictiōe Stigmata.

3 Indulgētia. **Sixtus.** 4. ꝯceſſit idulgētias celebrātib⁹ feſtū beati Frāciſci: ac voluit ꝙ ſub ritu duplici celebret̄ ab oibus. Et mādauit hm̄oi feſtū ſub p̄cepti vinculo obſeruari: vt ſupra i dictiōe Feſtiuitas. §. 8. lati⁹ poſitū eſt.

4 Credo. ¶ IDEM conceſſit vt poſſit dici Credo: in octaua feſtiuitatis ſancti Franciſci. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 133. ¶ Vide ſupra in dictione Credo declarationem huius conceſſionis.

5 Prefatio. ¶ IDEM ſixtus cōceſſit ꝙ in die ſancti Frāciſci: ⁊ ſtigmatū eiuſdē poſſint fratres mino. dicere ꝓpriam p̄fationē in miſſa. o. fo. 63. Et ffo. 67. cōce. 110.

6 Prefatio. ¶ IDEM ſixtus cōceſſit ꝙ in omnibus miſſis votiuis ſancti Franciſci: dicatur propria prefatio. o. fffo. 102. conce. 412.

7 Habitus ordi. ¶ IDEM ſixtus cōceſſit aliqua in fauorē habitus triū ordinū. s. Frāciſci: ꝑut inuenieт̄ infra in dictiōe Habit⁹. Et i dictione Indul. ple. quoad fres. §.

Collector. Habitus. Indulgētia. ¶ Multi alij ſummi pōtifices conceſſerunt magnas remiſſiones peccatoruꝫ: morientibus ⁊ ſepeliri ſe mādantibus in habitu ſancti Franciſci: que etiā reperientur infra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. 6.

¶ Quāplures etiā ſūmi pōtifices cōceſſerūt multas ⁊ varias idulgētias ⁊ peccatoꝝ remiſſiōes viſitātib⁹ eccl'ias ſancti p̄ris Frāciſci: ac etiā in illis ſepeliri ſe mādātibus: aut in eaꝝ clauſtris ⁊ cemiterijs: necnō porrigētibus man⁹ adiutrices pro illarū edificatione: aut reparatione: ⁊ ſimiliter exhibētibus opera pietatis ⁊ charitatis fratrib⁹ mino. filijſqꝫ p̄fati ſanctiſſimi p̄ris. Que oia diſtincte reperient̄ infra in dictiōe Indulgētie quoad ſeculares. 1. ⁊. 2. ⁊. 3. ⁊. 4.

Stigmata. ¶ Inſuper nonnulla pertinentia ad Stigmata predicti ſeraphici patris: ponuntur infra in dictione Stigmata. vide ibi.

Generalis miniſter.

1 Electio. **Clemens.** 4. ſtatuit: ꝙ generalis miniſter ſtatim poſtq̄ꝫ electus (ſcd̄m regulam ⁊ conſtitutiōes ordinis) fuerit: eoipſo verus eiuſdem ordinis generalis miniſter effectus: curā animaꝝ fratrū ipſius ordinis plenā habeat ⁊ libere gerat. Ac ꝙ fratres predictos auctoritate ap̄lica ligare ac ſoluere: necnon in eodē ordine agere valeat: que ipſe miniſter ⁊ diffinitores capl'i generalis: iuxta conſtitutiones predictas: ordini ⁊ fratribus ſm̄ deum viderint expedire. Ipſiqꝫ fratres hm̄oi gn̄ali miniſtro: deuote ac humiliter obediant. Et ſimiliter voluit ꝙ generalis miniſter a prouincialibus miniſtris ⁊ cuſtodibus ſm̄ regulam ⁊ conſtitutiōes ipſius ordinis: abſolui ⁊ amoueri poſſit. B. fo. 56. ⁊ ffo. 139. conce. 307.

2 ¶ IDEM clemēs fecit aliā ꝯceſſionē circa electionē gn̄alis miniſtri: q̄ poſita

Electio. eſt ſupra ĩ dictiõe Electio. §.3 vide etiã ibidẽ alias duas Nicolai. 4. §.5.⁊.6

3 **Concilium** cõſtanciẽſe ſtatuit: ꝙ gñalis fratrũ mi. poſſit ⁊ debeat cõuẽtus ſibi ſubditos ad ſtatũ ſtricte obſeruãtie cõſonũ: iuxta declaratiões ⁊ ſtatuta ſedis aplice ⁊ ordinis reducere: tollẽdo quaſcũqꝫ
Reformatio ſuperfluitates: ſiue ſint in rebus mobilibus vel immobilibus: quãtũ fieri poterit bono modo: habito ſemꝑ cõſilio maiorum ⁊ diſcretoꝝ ſibi obediẽtiũ.
Uendere. Ac eligendo (ſi opus fuerit) aliquas perſonas que ipſas ſuperfluitates: auctoritate dicti concilij vendant cõmutent: aut alr̃s in operibus conuentuum cõuertant. B. fo. 26. Et ffo. 110. conce. 236.

4 Indulgẽtie. **Urbanus.** 5. cõceſſit gñali miniſtro: poſſe dare de toto ordine ſuffragia indulgentiaꝝ ⁊ orationũ ac beneficioꝝ ſpiritualiũ: quibuſcũqꝫ ꝑſonis deuotis ⁊ bñfactorib[9] ordinis noſtri. b. ffo. 261. ꝯce. 671.

5 **Eugenius.** 4. conceſſit: vt generalis poſſit tollere ſuꝑflua a conuẽtibus ſibi ſubiectis: ac in alijs conuentibus reponere: aut commutare. o. ffo. 261. conce. 676.

6 ¶ IDEM eugenius diſtricte ꝓcipiẽdo mãdauit ꝓuĩcialib[9] ⁊ alijs fratribus ordinis mi. regularis obſeruãtie: quatenus gñalibus dicti ordinis ꝓ tpe
Appellatio. exiſtẽtib[9]: apellatione ⁊ cõtradictione qbuſlibet remotis: in oĩbus ⁊ ſingulis licitis ⁊ honeſtis regulã ⁊ ſtatutũ ac ordinẽ ipſoꝝ obſer. necnõ officiũ eorũdeꝫ generaliũ quomodolibet cõcernentibus: que dicti gñales pro tpe duxerint or
Statuta. dinanda ſeu illis iniunxerint aut mãdauerint: humiliter pareant ⁊ intendãt: ac illa efficaciter ſtudeant adimplere. b. fo. 47.

7 Exẽpti fres. **Nicolaus.** 5. ꝯceſſit generali miniſtro ꝑdicto: ꝙ oẽs ſingulosqꝫ fratres ſui ordinis: q̃tũcũqꝫ exẽptos virtute litterarũ apoſtolicarum: preter regule ⁊ ſtatutoꝝ eiuſdẽ ordinis formã: poſſit viſitare corrigere ⁊ punire. Non obſtãtibus quibuſcũqꝫ in contrariũ faciẽtibus: prout la
Correctio. tius poſitum eſt ſupra in dictione Correctio fratrum. §. 9.

8 Celebrare. **Pius.** 2. conceſſit ꝙ generalis ordinis mi. poſſit dare auctoritatem celebrãdi per vnam horam ante auroram: eis quibus ſibi videbitur apoſtolica auctoritate. o. ffo. 97. conce. 346.

9 De ſuſpẽſiõe priuilegiorũ particulariũ Collector. **Sixtus.** 4. ꝯceſſit facultatẽ gñali fratrũ mi. vt q̃ncũqꝫ viderit fratres ſuos vel aliquẽ ipſoꝝ abuti gratijs ⁊ facultatibus aplicis ab eodẽ cõceſſis: poſſit gratias ⁊ facultates hmõi ſuſpẽdere ac ſuſpenſas tenere: donec cõſulat ſumũ põtificem: ⁊ ab ipſo reſpõſum accipiat. b. fo. 56. Et ffo. 52. conce. 58. ¶ Uide circa hoc aliã conceſſionem Leonis infra. §. vltimo.

10 ¶ IDEM ſixtus conceſſit ꝙ gñalis fratrũ Carmelitaꝝ adminiſtret ⁊ exerceat ea q̃ ad ſuũ officiũ gñalatus ꝑtinẽt: reiecta quauis ꝓfeſſoꝝ ſui ordinis: ⁊
Appellatio. alioꝝ ſibi ratiõe dicti offi cij ſubditoꝝ appellatiõe: q̃ ab ei[9] preceptis monitionibus ordinationibus ⁊ mandatis ac decretis regulari diſciplina: quomodolibet interponi cõtigerit. B. fo. 99. Et ffo. 182. conce. 446.

11 ¶ IDEM ſixtus fecit cõſimilem conceſſionem ſicut immediate ſuprapoſitã
Appellatio. generali fratrum Auguſtinẽſium in ſuo mari magno. B. ffo. 251. cõce. 636.

12 Benedicere **Innocentius.** 8. cõceſſit ꝙ miniſter generalis poſſit benedicere corporalia: ⁊ ſimiliter ꝓuinciales miniſtri. c. ffo. 98. conce. 354.

13 ¶ IDEM innocentius cõ ceſſit: ꝙ generales ⁊ prouinciales miniſtri poſſint

diſpenſare cum fratribus ſuis: vt ad ſacerdotium promoueãtur in vigeſimo Diſpẽſatio.
ſecundo anno completo: hoc eſt cum attingentibus vigeſimum tertium annum. o. ffo. 99. conce. 356.
¶ Circa hãc ꝯceſſionẽ vide ſupra in dictione Diſpenſatio. §. 15. ⁊ ibi notata. Collector.

Alexander. 6. cõceſſit generalis ꝙ poſſit diſpenſare cũ bizochis viuentib[9] in cõmunitate ſeu in cõgregatione: q̃ fecerũt 14 Diſpẽſatio.
votum religionis ſancte Clare: ꝙ remaneãt ibi: ſi cõmode nõ poſſunt ingredi monaſteria ſancte Clare. o. ffo. 99. conce. 360. ¶ Quo ad factam conceſ- Collector.
ſionem: vide ſupra in dictione Diſpenſatio. §. 19.

Julius. 2. conceſſit generali fratrum Auguſtinẽſium: ⁊ fratribus ſui 15
ordinis: motu ꝓprio ac ex certa ſciẽtia: ⁊ de plenitudine ſue po Pro Auguſtinenſibus.
teſtatis: vt quecũqꝫ inſtrumẽta exemplaria ſeu tranſumpta ſuorum priuilegiorum oſtendantur firmata ſeu ſignata ſigillo generalis predicti: eãdem omni Priuilegia.
no vim habeant: ac illis eadem fides adhibeatur: ac ſi plumbi ſignum vel ſigillum haberent. b. ffo. 267. conce. 698.

Leo. 10. confirmauit ac de nouo conceſſit immediate precedentem conceſſionem Julij ſecundi. b. ffo. 123. conce. 559. 16

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ gñalis miniſter poſſit etiam extra capitulũ declara 17
re que res debeant dici viles: aut parui valoris: ad hoc vt intra ⁊ extra ordi Declarare.
nem poſſint a fratribus dari: prout latius poſitum eſt ſupra in dictione Dare Paupertas.
§. 2. Et habetur. O. ffo. 59. conce 175.

¶ IDEM leo in bulla vnionis ſtatuit: ꝙ ex tũc in perpetuũ eligat miniſter 18
generalis totius ordinis mi. a miniſtris ⁊ cuſtodib[9] reformatis ſeu obſeruãti Electio.
bus eiuſdẽ ordinis: qui ſimiliter ſit reformat[9] ⁊ ꝓ reformato habitus a cõitate fratruꝫ reformatoꝝ. Et ꝙ hmõi gñalis habeat plenariã auctoritatẽ ſuꝑ oẽs fratres mi. ꝓut ex regula ei cõpetit. Ac ꝙ miniſteriatus officiũ duret tm̃ ꝑ ſexennium: niſi antea vniuerſitati miniſtroꝝ ꝓuincialium: ⁊ cuſtodum viſum fuerit debere dponi. Et qd dicto ſexẽnio elapſo: ſit abſolutus ab officio: decernẽs irritum ⁊ inane quicquid in cõtrarium factum fuerit: ſicut magis late habetur ſupra in dictione Electio. §. 9. ⁊. 10. B. ffo. 29. conce. 93. ⁊. 94.

¶ IDEM leo ſtatuit: ꝙ miniſter generalis eligatur: ſemel ſeu vno ſexenio ex 19
fratribus ciſmontanis: ⁊ alios ſexenio ex vltramõtanis ⁊c. prout habetur vbi Electio.
ſupra in dictione Electio. §. 10. B. ffo. 29. conce. 95.

¶ IDEM leo ordinauit: qd primus miniſter generalis ex obſeruãtibus ele 20
ctus Rome tẽpore eiuſdem Leonis: non obſtãte illius aſſumptione ad cardi De gñali facto cardinali.
nalatum: haberet officiũ generalatus vſqꝫ ad primum ſequẽs caplm generale in feſto penthecoſtes anno ſequenti celebrandum. B. ffo 34. conce. 117.

¶ IDEM leo annullauit electionem generalis magiſtri fratrum mi. conuen 21
tualium: factam ſub nomine miniſtri generalis. B. ffo. 33. conce. 116. Electio.

¶ IDEM leo conceſſit qd generalis miniſter poſſit viſitare ⁊ corrigere mo 22
niales ſeu ſorores quaſcũqꝫ: que per prouinciales vel viſitatores ſolite ſunt vi De viſitatione monialiũ
ſitari: precipiens monialibus ⁊ ſororibus hmõi in virtute ſancte obedientie:
ac ſub excõmunicationis late ſententie pena: quatenus prefato generali pro tẽ Excõicatio.
pore exiſtẽti humiliter obediãt: ⁊ ipſum ad viſitationis officiũ admittãt: ſeqꝫ ⁊ earũ domos: ac monaſteria ⁊ loca viſitari in capite ⁊ in membris: ⁊ corrigi ac puniri libere permittant. B. ffo. 34. conce. 118.

3 ¶ IDEM Leo conceſſit generali fratrum mi. vt in ſuo capitulo generali de cõſenſu eiuſdem capituli vel maioris patris declarare poſſit ⁊ valeat: vtrum ab vſu alicuius cõceſſionis viue vocis oraculo facte abſtineri debeat. Poſtq̃ quidem declarationem: tam fratres q̃ moniales ſue obedientie: ac ſi cõceſſio huiuſmodi per ſanctitatem ſuam ſuſpẽſa vel reuocata fuiſſet: conceſſione eadem impoſterum non vtantur. o. ffo. 94. conce. 296. — Oracula.

Gloria in excelſis deo.

1 ALexander. 4. conceſſit fratribus vniuerſis ordinis mino. q̄ in miſſis votiuis tam ſolẽnibus q̃ priuatis: quas de ſpiritu ſancto: aut de beata virgine Maria dixerint: poſſint dicere hymnuz angelicum. ſ. Gloria in excelſis deo. Ac q̄ ſimiliter poſſint dicere proſas ſeu ſequẽtias. b. fo. 23. ⁊ ffo. 25. conce. 14.

2 Sixtus. 4. conceſſit fratribus mino. de obſeruãtia: vt poſſint dicere in omnibus miſſis votiuis Gloria in excelſis deo. o. ffo. 69. conce. 143. ⁊ fffo. 100. conce. 389.

Collector. ¶ Aduertẽdum eſt q̄ licet ſupra dicat̃: in oibus: nõ p hoc eſt intelligẽdũ poſſe in illis miſſis: que in ſuis proprijs diebus carẽt illa: vt in miſſis dominicarum aduentus ⁊ ſeptuageſime ⁊ conſimilium.

3 Leo. 10. ad inſtantiã cuiuſdã boni patris: qui ignorabat ſupraſcriptas conceſſiones generales: conceſſit fratres p̃dictos poſſe dicere Gloria in excelſis deo in miſſis votiuis: quando vocãtur ad loca vbi requieſcũt copora ſanctorum ad celebrandum: vel vbi habetur de illis celebris memoria: ſicut Janue de ſancto Joanne baptiſta: ⁊ in puĩcia ſancti Lodouici ſancte marie Magdalene. o. fffo. 92. conce. 266.

Collector. ¶ Aduertat qui hec legerit: q̄ hec vltima ꝯceſſio ſtricta nõ derogat in aliquo precedentibus magis amplis: quia pontifex conceſſit conformiter ad relationem petentis: qui vt ſupradictum eſt ignorabat conceſſiones latiores ante factas: aliter enim non eſt credibile q̄ ſic petiſſet.

Guardianus.

1 Abſolutio. CLemens. 4. cõceſſit ſiue ſtatuit: vt guardiani q̄ ſcd'z ſtatuta ordinis fratrũ mi. aliter q̃ p electionẽ inſtituunt̃: poſt i pſaz iſtitutionẽ ſeu puiſionẽ d' ipſis factã: curã aiaꝝ fratrũ ſibi ſubditoꝝ habeãt: ipoſq̃ʒ ligare ac ſoluere poſſint: iuxta ipſiꝰ ordinis iſtituta. B. fo. 56. ⁊ ffo. 139. ꝯce. 309

2 Sixtus. 4. fecit cõſimilẽ cõceſſionẽ p̃oribꝰ cõuẽtualibꝰ fratrũ ordinis Carmeli. vt habet̃ in ſuo mari magno. B. ffo. 182. ꝯce. 446

3 Habitꝰ fratrum. ¶ IDEM Sixtus ſtatuit q̄ habitus fratrum mino. non poſſit dari his qui cum eo ſe elegerint ſepeliri: niſi per guardianos dicti ordinis: vel eorum ſuperiores. B. ffo. 149. conce. 364. ¶ Iſta cõceſſio habetur latius infra in dictione habitus fratrum. §. 8. Uide ibi.

4 Priuilegia. Julius. 2. cõceſſit q̄ oia p̃uilegia ⁊ idulta aplica cõceſſa ordini fratrũ p̃dicatoꝝ q̃ ſpectãt ad priores cõuẽtuales dicti ordinis: ptineãt etiam ad guardianos cõuentuum ordinis minorum. B. ffo. 73. conceſ. 224.

¶ Quo ad prefatã conceſſionẽ eſt notandũ: q̄ auctoritas prioꝝ cõuentuũ ordinis predicatoꝝ eſt valde magna: nã vt patet in mari magno p̃dicti ordinis: ⁊ alijs coꝝ priuilegijs: ſemp pariſicantur priores cõuentuum prioribus prouincialibus quo ad ſuos ſubditos: qd̕ nũq̃ʒ aut raro reperitur in priuilegijs fratrũ mi. in guardianis ⁊ prouincialibus. Attamen virtute ſupraſcripte conceſſiõis poterũt guardiani vti oibus cõceſſis prioribꝰ fratrũ predicatoꝝ: ſaltẽ inquantũ nõ fuerit eis reſtrictũ per ſuperiores. Et circa huiuſmodi auctoritatem: vide ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres: poſt. §. 6. Et in eadẽ dictione prope finẽ vbi dicitur. Tertiũ dubiũ eſt. Uide etiã ſupra i dictione Apoſtate poſt. §. 7. ⁊. 8. ⁊. 10. Et in dictione Nouitius. §. 15. — Collector.

Leo. 10. conceſſit: q̄ omnes fratres qui ſunt nimis ſcrupuloſi: poſſint in omnibus dubijs conſcientiam ſuam tangentibus: ſecura conſciẽtia ſtare determinationi ſui guardiani: vel cuiuſcunq̃ʒ alterius prelati. o. fffo. 93. conce. 287. — 5 Declare. Scrupula.

¶ Circa ſupraſcriptam conceſſionẽ eſt aduertendũ q̄ in ipſa nõ conceditur aliqua auctoritas noua prelatis vt valeant determinare ad libitũ ſuũ: ſed ſolum prouidetur ſerenitati conſcientiarum ſubditorum. — Collector.

¶ De duratiõe autẽ officij guardiani: vide ifra i dictiõe Officia ordinis. §. 4

Gradus ſcolaſtici.

MArtinus. 5. p̃cepit in virtute ſancte obediẽtie vniuerſis cãcellarijs: rectoribus decanis magiſtris ⁊ doctoribus ſtudioꝝ: ac vniuerſitatibꝰ eorũdem vbicũq̃ʒ cõſiſtẽtibus: ne fratribꝰ mi. ſeu alicui eoꝝ gradũ ⁊ honorẽ: ac inſignia magiſterij cõferre preſumant: niſi curſum p cõſtitutiones aplicas: ⁊ ordinis p̃fati inſtituta p̃fecerint: ⁊ alias ad dictũ gradũ obtinendũ idonei exiſtant. Et decreuit ac ſtatuit q̄ qlibet ex magiſtris: aut doctoribꝰ qui alias (q̃ vt predictũ eſt) graduʒ ⁊ inſignia alicui fratrũ predictorum impẽdere preſumpſerit: gradu ⁊ honore magiſterij careat: atq̃ʒ a lecturis ⁊ alijs actibus ⁊ gratijs magiſtralibuʒ: ipſofacto ſit perpetuo priuatus ⁊ ad eadem de cetero inhabilis exiſtat. Uoluit inſuper q̄ eiſdem penis ſubiectus ſit: quicunq̃ʒ qui preter rigorem huiuſmodi: graduʒ ⁊ inſignia predicta ſuſcipere preſumpſerit. b. ffo. 35. conce. 40. — 1 Probibitio. De aſcenſu ad gradum magiſterij.

¶ IDEM Martinus ordinauit q̄ ſi aliqui ex fratribus predictis bachalariatum pro huiuſmodi gradu magiſterij aſſequendo: cõtra cõſtitutiones apoſtolicas ⁊ inſtituta predicta fuerint adepti: ⁊ illius pretextu libros ſententiaruʒ publice ⁊ ac ualiter legant: a lectura huiuſmodi (ſub penis ſupradictis) penitus ⁊ omnino ceſſent: alias ab eorum ſuperioribus penis grauioribus per cẽſuram eccleſiaſticam arceantur. b. ffo. 35. conce. 40. — 2 De gradu bachalariatus.

¶ IDEM Martinus ſtatuit ⁊ decreuit: q̄ quicũq̃ʒ fratres ordinis mi. promoti fuerint ad magiſterij gradũ in theologia extra vniuerſitates (ab ipſo ordine per generalia capl'a) ad hoc ſpecialiter electas: ⁊ abſq̃ʒ eo q̄ ante perfecerint debitos curſus ſuos: ac ſententias legerint in vniuerſitatibus approbatis: ⁊ actus legitimos ⁊ cetera exercitia ſcolaſtica fecerint: prout legere ⁊ facere tenẽtur de cõſuetudine vel de iure in huiuſmodi rite magiſtrãdi ſciẽtia: minime de cetero gaudere poſſint beneficijs: officijs: honoribus: gratijs: priuile- — 3 De gradu magiſterij.

g'is exēptionibus ꝛ indulgētijs tā in dicto ordine ꝙ̄ extra: magiſterio in theologia (apoſtolica vel alia quauis auctoritate) cōceſſis: ꝛ quib⁹ magiſtri huiuſmodi vti: ꝛ gaudere cōſueuerunt. Et inſuper ſtatuit ꝙ predicti promoti non ſeruatis modis debitis: nō habeātur: nec reputētur ꝓ magiſtris in theologia nec ſe pro talibus gerere ꝛ nominare preſumāt. Ac etiā mandauit gñali ꝛ prouincialib⁹ miniſtris: cuſtodibus: ꝛ guardianis: ꝛ eoꝝ vices gerētibus: ac generalibus ꝛ prouincialibus capitulis: ꝛ officialibus quibuſcūqꝫ ꝑdicti ordinis ſub pena excōmunicationis: quatenus has litteras (quātum vnumquēqꝫ concernunt) obſeruent ꝛ faciant inuiolabiliter obſeruari: non obſtātibus quibuſcunqꝫ in contrarium facientibus. b. ffo. 39. conce. 43. Excōicatio.

4 **Eugenius.** 4. predictas litteras Martini. 5. quo ad promotos poſt ipſaꝝ litteraꝝ datam: voluit inuiolabiliter obſeruari: ꝛ eas auctoritate apoſtolica confirmauit inſerendo illas de verbo ad verbū in ſuis litteris. b. ffo. 39. conce. 43.

5 Pro fratrib⁹ ꝑdicato. Particularis ꝓ hiſpa. **Innocentius.** 8. ſtatuit ꝙ nullus frater ordinis predicatoꝝ reformatoꝝ ſeu de obſeruātia prouincie: aut cōgregationis Hiſpanie: magiſterij: vel aliū quemqꝫ gradū in ſacra theologia (niſi ad illū per capl'm dicte cōgregationis expoſitus fuerit) aſſumere quoquomō preſumat. Et ꝙ ſi qui aliter ꝓmoti fuerint: pro nō promotis habeātur: ꝛ ad huiuſmodi gradus inhabiles ſint ꝛ eſſe cenſeantur. b. ffo. 75. conce. 194.

6 Pro fratrib⁹ ꝑdicato. Particularis ꝓ hiſpa. ¶ IDEM Innocētius cōceſſit fratribus ordinis predicatoꝝ: vt qꝛ propter magnas expenſas que in ſuſcipiendis gradibus in vniuerſitate Salmantina fiunt: fratres predicte cōgregationis: gradus huiuſmodi: ibidem ſuſcipere cōmode non poſſunt: ꝙ regens: ꝛ in eius abſentia prior domus ſancti Stephani Salmantine dicte congregationis: poſſint conferre quoſcunqꝫ gradus fratribus eiuſdem congregationis: per eandem congregationem expoſitis ꝛ admiſſis per capitulum vel magiſtrum generalē dicti ordinis. dūmodo ſic graduādi peregerint curſus ſuos. b. ffo. 75. conce. 194.

Habitus fratrum et monialium.

1 Apoſtate. **GRegorius.** 9. ꝓhibuit ne ſub habitu fratrū mi. liceat alicui extra obediētiā euagari. Et ꝙ ſi qui forte ꝓſumpſerint: liceat generali ꝛ ꝓuincialib⁹ miniſtris: ꝛ cuſtodibus: in fratres ipſos: donec reſipuerint: cēſuram eccleſiaſticam exercere. B. ffo. 201. conce. 494.

2 De habitu ſancte Clare. ¶ IDEM Gregorius ꝓcepit eccl'iaꝝ ꝓlatis: quatenus mulieres deferētes habitū ſancte Clare: ꝛ cum illo per ciuitates diſcurrentes (cū requiſiti ſup hoc fuerint) monitione premiſſa: compellant per cēſuras eccleſiaſticas ad dimittendum huiuſmodi habitum. b. fo. 21. Et ffo. 23. conce. 7.

Collector. ¶ Aduerte ꝙ idem iudicium eſt habendum de deferentibus habitū tertiariarum ratione communicationis priuilegiorum.

3 Prohibitio. **Innocentius.** 4. ꝓhibuit vt null⁹ q nō ſit d religiōe fratꝝ mi habitū dictoꝝ fratrū: aut ita cōſimilē ꝙ ꝓpter eū frater minor credi poſſit: deſſerre preſumat: abſqꝫ mādato ſpeciali ſedis apoſtolice. Et mādauit eccl'iaꝝ prelatis: quatenus ſinguli eorum in ſuis ciuitatibus ꝛ dioceſibus illos qui prefatū habitū vel ei cōſimilē deferre preſumpſerint: ad

deponendum ipſum cum a fratribus ꝑdictis fuerint requiſiti (monitione ꝑmiſſa) eos compellant. B. fo. 19. Et ffo. 103. conce. 216.

Clemens. 4. inhibuit: vt null⁹ ſiue religioſus ſiue ſecularis habitū fratrum minoꝝ: aut ita cōſimilem ꝙ propter cum frater minor credi poſſit: deferre valeat abſqꝫ mādato ſpeciali ſedis apoſtolice. Et vt dicta inhibitio maiorē cōſequat̃ effectum: ſtatuit vt ij qui habitū predictum vel ſibi cōſimilē deferre preſumpſerint: ad deponendum ipſum per dioceſanos locoꝝ cum requiſiti fuerint (monitione premiſſa) per cēſuram eccleſiaſticam (appellatione poſtpoſita) compellantur. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 333. 4 Prohibitio

¶ IDEM Clemens ꝛ multi alij ſummi pōtifices ſucceſſores eius conceſſerunt plures indulgētias morientibus ꝛ ſepultis cū habitu fratrū mi. ac etiam oſculātibus habitū ordinis: prout habetur infra in dictione Indulgētie quo ad ſeculares ratiōe habit⁹. 6. Ac ſilr̃ alie indulgētie ꝑtinētes ſolū ad fratres ratione hmōi habit⁹: habent̃ i dictiōe Indulgentie plenarie quo ad frēs in. §. 3. 5 Indulgētie.

Sixtus. 4. decreuit vt illi qui ordinauerint ꝙ eorū corpora cū habitu fratrū mi. ſepeliantur: ne ex illoꝝ corpoꝝ delatione ad alia loca ordini ꝛ fratribus predictis iniurie irrogent̃: tales apud fratres hmōi eſſe ſepeliendos. etiā ſi alibi ſuā elegiſſent ſepulturā: niſi fiat de licentia ꝛ aſſenſu fratrum domus loci in quo tales deceſſerint. B. fo. 60. Et ffo. 144. ꝯce. 350. 6 Sepulture.

¶ Sed circa hoc vide infra. §. vltimo decretum Leonis in cōcilio Lateranēſi: quod in foro exteriori ſaltem debet obſeruari. Collector.

¶ IDEM Sixtus fecit conſimilem conceſſionem fratribus carmelitis per eadem verba: addendo ꝙ cōtradictores ſint excōicati. B. ffo. 182. cōce. 444. 7 Pro carmelitanis.

¶ IDEM Sixtus in bulla Aurea ſtatuit ꝙ habitus fratrū mi. vel predicatorum: nō poſſit dari his q cum eo elegerint ſepeliri: niſi ꝑ guardianū dom⁹ ordinis mi. aut per priorē domus ordinis ꝑdicatoꝝ loci in quo tales decedere cōtigerit: vel per ſuperiorē prelatū dictoꝝ ordinū: aut cui illi duxerint cōmitēdū ꝛ nō per aliū quauis auctoritate: vel prelatiōe fungentē exhiberi debere. Et voluit ꝙ predictum habitū recipientibus declarare teneantur predicti prelati ꝙ apud eorum ordinū eccleſias debent ſepeliri quorū habitū ſuſcipiunt. Ac etiā ſtatuit ꝙ illorum ſic indutorum cadauera diſcooperta: nullo pallio vel tegumento ſuper impoſito cum habitu huiuſmodi ad ſepulturam deferri poſſint non obſtante ordinariorum locorum (etiam ſub cenſuris) prohibitione: ꝛ ordinatione qualibet in contrarium edita. B. fo. 65. Et ffo. 149. conce. 364. 8 Pro ꝑdicatorib⁹ ꝛ mi. in ſimul.

Alexander. 6. ꝯceſſit vt gñalis fratrū mi. per ſemetipm̄: ꝛ ꝓuinciales cū cōſenſu maioris partis capl'i ꝓuincialis: poſſint fratres predicti ordinis quos incorregibiles repererint: tanꝗ̄ mēbra putrida: habitu ſui ordinis expoliare: ꝛ a ſe eijcere. Ac etiā poſſint cōtra quoſcūqꝫ eis forſan auxiliū: cōſilū: vel fauorē: publice: vel oculte: directe: vel indirecte: aut quouis queſito colore: ſuperdicti habitus delatione preſtātes: etiā cuiuſcūqꝫ dignitatis: gradus: ordinis: vel cōditionis exiſtant: per cēſuras eccleſiaſticas ꝛ alia iuris remedia (appellatiōe poſtpoſita) procedere. b. ffo. 56. conce. 65. 9 De eiectione incorregibiliū ab ordīe.

Leo. 10. in concilio Lateranē. ſtatuit: ꝙ volētes ſepeliri in habitu fratrū: ſi nō ſunt pſone in clauſtro ſeu in eoꝝ domibus degētes: ſed in ꝓprijs domibus habitantes: in eorum vltima volūtate ſepulturam ſibi alibi libere eligere poſſint. B. ffo. 26. conce. 77. 10 Sepulture.

Hereditas et heredes.

1 Pro fratribus mino. ⁊ p̄dicatoribꝰ

Clemens. 4. cōceſſit ꝙ fr̄es ordinis p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ poſſint libere ſuccedere in bonis tēporalibꝰ in qbus ſuccederēt in ſeculo exiſtētes: ac bonoꝝ ipſoꝝ poſſeſſionē apprehēdere: ⁊ vēdere libere bona ipſa: eorūq; preciū in vtilitatē ſuā cōuertere: put p̄latis dictoꝝ ordinū melius viſum fuerit expedire. B. fo. 64. ⁊ ffo. 147. conce. 357.

Collector.

¶ Aduerte ꝙ hmōi conceſſio ſeu relaxatio nō habet locū in fratribus mi. obſeruantibus: vt in ſequentibus. §. apparebit: preſertim in. §. 2. ⁊. 4.

2 Paupertas. Legata.

Clemens. 5. in declarationē Exiui de paradiſo ſuper regulā fratrū mi. declarauit ꝙ hmōi fr̄es nullatenꝰ ſunt capaces ſucceſſionū hereditatū. Ac etiā ꝙ nō licet eiſdē fr̄ibꝰ: valorē hereditatū taliū: vł tātā eaꝝ partē: quaſi ſub modo ⁊ forma legati dimitti ſibi facere (ꝙ p̄ſumi poſſit hoc in fraudē fieri) vel ſic dimiſſa recipere: quin potius iſta ſic fieri ab ipſis fratribus ſimpliciter prohibuit. B. fo. 14. in tracta. 3. ⁊ ffo. 15. tractatu. 2.

3 Pro ꝯuētualibus fratribus mino.

Sixtus. 4. ꝯceſſit fr̄ibꝰ mi. ꝙ hereditates q̄ eiſdē fr̄ibus (ſi i ſclō forēt) ab inteſtato deferent: deferātur eccl'ie romane: q̄ ipſoꝝ fratrū (quo ad hoc) locū tenet. Et ꝙ ipſa eccleſia romana quo ad hereditates ⁊ bona que ordinē predictū ingredientes: ſub cōditiōe mortis eoꝝ ſine filijs reſtituere grauati ſunt: filioꝝ locū teneat: ſicut tenēt monaſteria, ppriū habētia in cōi: ſi tales fr̄es grauati illū ingreſſi forēt. Ac cōceſſit vt p̄dicta petere poſſit ſindicꝰ romane eccleſie prefato ordini deputatus. B. fo. 63. Et ffo. 146. conce. 356.

Collector.

¶ Aduerte hic ꝙ hmōi conceſſio non eſt intelligenda de fratribus mi. obſer. vt inferius ab eodem Sixto: ⁊ ab alijs ſummis pontificibus declaratur.

4 Pro obſeruātibꝰ fratribus minori. Paupertas.

¶ IDEM Sixtus poſtea declarauit ſe feciſſe predictā cōceſſionē gn̄alem ad importunā nōnulloꝝ inſtātiā. Ac ex certa ſciētia decreuit ⁊ d̄clarauit: ſue mētis ⁊ intētionis fuiſſe ⁊ eſſe: vt predicte ſue littere: ⁊ alie ſimiles circa ſucceſſionem hereditatū hmōi ad fratres de obſeruātia nullatenus extēdantur: nec eis aut illoꝝ alicui: in iudicio vel extra quoquomodo ſuffragentur: nec aliquam vim habeāt. Et inſuper mādauit p̄dictis fratribꝰ d̄ obſeruātia in virtute ſancte obediētie: ne quis eoꝝ cōceſſione hmōi vti velle preſumat quouis pretextu vel colore: quinimo in puritate ſue regule (ſicut eos decet) permaneant: perinde ac ſi littere predicte nunq̄ emanaſſent. B. fo. 22. Et ffo. 106. conce. 228.

5 Pro fratribꝰ obſeruā. trāſeūtibus ad cōuētuales fr̄es mi.

Alexander. 6. decreuit ꝙ nullꝰ pfeſſor ordinis mi. de obſeruātia ſi illā egrediat̄ ⁊ ad cōuētuales eiuſdē ordinis tranſeat: poſſit ſuccedere parētibus propinquis vel affinibus ſuis quouis modo: nec aliquo indulto p̄dictis fr̄ibus ꝯuētualibꝰ ad hoc ꝯceſſo: gaudere valeat. Nec etiā cōuentus aliqs occaſione fratris ſic egrediētis: ius aliquod in hereditate vel quauis alia ſucceſſiōe ppinquoꝝ acqrere ⁊ cōſeq poſſit. b. ffo. 56 ꝯce. 66.

6

¶ IDEM Alexāder iterū decreuit ⁊ prohibuit ſupradicta. ſ. ne fr̄es obſer. trāſeūtes ad cōuētuales: ſuccedere ppinqs valeant vllo mō: prout habet̄ ſub autētico ad lr̄am ſicut in cōceſſiōe imediate ſuprapoſita. B. ffo. 136. ꝯce. 301.

Collector.

¶ Circa prefatam materiā hereditatū: eſt aduertēdū ⁊ notandum: ꝙ licet fratres minores nō ſint capaces hereditatū ⁊ relictorum in teſtamētis: vt patet in clemētina Exiui de paradiſo. §. Cum igitur de verbo. ſigni. ⁊ per Bar. in. l.

Ne quicquam. §. ſi. ff. de offi. procon. Et in. l. j. colū. iiij. de lega. primo. Attamen eis conſulitur duplici remedio ſm doctores: prout infra explicatur.

Primum remedium.

¶ Primo enim eis cōſulitur iudicis officio. Poteſt nāq; iudex ex ſuo mero officio (nemine etiā ad hoc agēte) cōpellere heredē vel illū qui ad hoc tenetur ex teſtamēto vel alias: quatenus relicta monaſterio vel fratribus mino. adimpleat ⁊ exſoluat. Hoc tenet ſpeculator in titulo de inſtru. edi. §. Nunc vero aliqua. ⁊ Barto. in dicta. l. Ne quicq̄. ⁊ Joan. and. in. c. Si heredes: extra de teſta. Et eſt videndus ad hoc Baldus in. l. Nulli. C. de epiſcopis ⁊ clericis.

¶ Sed circa hoc querendum videtur: que potuit eſſe ratio iſtius deciſionis: ⁊ vnde potuit hoc venire. Reſpondeo: ꝙ duplex eſt ratio huius. ¶ Prima q2 intereſt rei publice: ne ſua quis re male vtatur. vt in. §. Sed hoc tempore. inſti. De hijs qui ſunt ſui vel alieni iuris. Et ratio etiam iſtius rationis eſt: ⁊ colligitur a fortiori. Nam ſi cōmodum rei priuate prouidetur: vt in. l. Si quis. C. de bonis p̄ſcrip. fortius circa volūtates defunctoꝝ prouidendū eſt. De quo p Andream barba. in rubrica. De teſta. colū. 25. Et per glo. in. l. Julianus. ff. de actio. emp. Et arguit bene in hoc caſu Barba. in. c. Tua nobis. colū. 26. extra de teſta. Facit etiā q2 anima cunctis rebus p̄ferenda eſt. l. Sācimus. C. de ſacroſan. eccle. Et autētica Multomagis ⁊c. Numeroſa eſt ad hoc iuriū ſilua.

¶ Secūda ratio eſt: q2 ſi ita cautū nō eſſet: accideret nōnunq̄ ꝙ pium propoſitum defunctoꝝ: improba fraudantium caliditate cellaretur: vt dicit ille textus notabilis in dicta. l. Nulli. C. de epiſcopis ⁊ clericis. Et q2 magna eſt pietas voluntatem illius adimpleri: qui nec ſe iuuare: nec iam loqui poteſt. Quapropter voluntati defunctoꝝ ita conſultū iri oportet. Et hec quo ad primum remedium quo fratribus mino. ⁊ alijs pauperibus non valentibus agere in iudicio: ſubuentum eſt officio iudicis.

Alterum remedium.

¶ Deinde autē dicunt doctores: ꝙ alterum remedium quo dictis fratribꝰ cōſulitur: eſt illud quod ſequitur. Quia cuilibet de populo cōpetit actio: ⁊ quilibet d̄ populo poteſt agere vt legata ⁊ relicta ad pias cauſas: puta monaſterio hoſpitali: fratribus pauperibus: ⁊ ſimilibus adimpleantur per illum qui grauatus eſt a teſtatore: vel alias ad hoc tenetur. Jura ſunt de hoc bona: textus in autentica De eccleſiaſti. n. §. Si autem collatione. 9. Et tenet Ludouicus romanus in autētica Simile. C. ad legē falci. Et fuit originale dictū Angeli de peruſio in dicto. §. Sin autē. Ita etiā tenet Bar. in dicta. l. Ne quicquā: qui allegat. l. Hereditas. ff. de pe. here. Et. l. Quintus. de annuis legatis. Et eſt de hoc caſus formalis ⁊ in indiuiduo in dicta. l. Nulli. C. de epiſ. ⁊ cle. in fine. Et facit ad hoc dictum Barba. in. c. Nos quidem: colū. 16. De teſta.

¶ Predicta fuerunt praticata in ciuitate Barbaſtri regni Aragonie: vbi ab vniuerſitate eiuſdē ciuitatis fuit conſtitutus procurator ſeu ſindicus ad agēdum pro legatis relictis monaſterio beati Franciſci: anno a natiuitate domini. 1521. quo tempore erat aduocatus dicti monaſterij quidā inſignis vtriuſq; iuris doctor nomine Leonardus de ſancto Angelo: qui ſupraſcripta fundauit ⁊ exequi fecit.

Collector. Nota.

¶ Ex ſupra dictis infertur: ꝙ grauiter errant prefati fratres procurantes ꝙ eis vel ſuis eccleſijs: aut conuentibus relicta in teſtamētis: petantur in iudicio per ſindicum deputatum a ſede apoſtolica: vtendo cōceſſionibus relaxatiuis ⁊ deſtructiuis perfectionis voti paupertatis in ſua regula promiſſi: preſertim

cum facilius poſſint obtinere huiuſmodi relicta in teſtamẽtis medio alicuius deuoti iudicis qui in hoc poteſt prouidere ex ſuo officio: vt ſupra probatũ eſt: aut vtẽdo altero remedio. ſ. ꝙ aduocatus fratrũ vel alius amicus ſpiritualis petat predicta in iudicio: non tamen vt ſindicus: ſed ſicut vnus de populo: cũ etiam hoc fieri poſſit: ſicut ſupradictum eſt.

Hereſis et hereticus.

1 Pro terris infidelium. Abſolutio.

GRegorius. 9. cõceſſit fratribus mi. pficiſcẽtibus in terras infideliũ: vt eos qui per apoſtaſiã: ſciſma vel hereſim: a chriſtiani nominis cõfeſſione receſſerũt: inter ſarracenos habitãtes abſoluere poſſint: ac reconciliare p gratiam penitentie ſalutaris: ſi ad obedientiã eccleſie romane: in humilitatis ſpiritu voluerint redire. b. ffo. 22. conce. 4.

2 Pro terris infidelium. Abſolutio.

¶ IDEM Gregorius cõceſſit prefatis fratribus euntibus ad terras infidelium: vt eos qui quomodolibet a fide vel vnitate romane eccleſie diſceſſerũt: ſi redire voluerint ⁊ ſatis facere pro cõmiſſis: valeãt reconciliare: ⁊ ab anathematis vinculo (quo tenentur) abſoluere. b. ffo. 257. conce. 641.

3 Abſolutio quoad fres ⁊c. relapſos.

Alexander. 6. conceſſit oibus ⁊ ſingulis prelatis ordinis mi. de obſer. (ſ. generalibus prouincialibus ⁊ cuſtodibus) plenarie facultatem ⁊ auctoritatem: vt quoſcunqꝫ ſubditos ſuos (fratres videlicet ⁊ moniales ſancte Clare: ac vtriuſqꝫ ſexus tertiarios) inuenerit in aliquo hereſis vel apoſtaſie crimine lapſos: ac etiam relapſos: poſſint eos abſoluere: ⁊ cum eis diſpenſare: prout magis late poſitum eſt hoc ſupra in dictione Abſolutio ordinaria quoad fratres. §. 14. o. fo. 65. Et ffo. 70. conce. 164.

Collector.

¶ Reliqua attinentia ad hmõi materiam: preſertim circa inquiſitores huius criminis: vide infra in dictione Inquiſitores heretice prauitatis.

Ieiunium.

1 Capłm generale. Declarare.

EVgenius. 4. conceſſit vt congregatio generalis fratrũ mi. de obſer. haberet facultatẽ declarãdi ⁊ ordinandi in quibus locis ⁊ prouincijs fratres debeãt ieiunia regule in cibis quadrageſimalibus obſeruare: ⁊ in qbus debeant patrum conſuetudines immitari vel aliter ſe habere. B. ffo. 112. conce. 242.

2 Pro monialib⁹. s. Clare ⁊ tertiarijs.

¶ IDEM Eugeni⁹ ordinauit ꝙ moniales ſancte clare: ac tertij ordinis ſancti Franciſci: ⁊ alioꝝ ordinũ ſorores (ſ. ſub obediẽtia predictoꝝ fratrum exiſtentes) ſolũmodo teneantur ad illa ieiunia ad que fratres ordinis mi. regulã obſeruantes obligati ſunt: ⁊ eoſdem modos ſeruent in cibis quadrageſimali tempore: exceptis debilibus ⁊ infirmis. b. fo. 46. Et ffo. 42. conce. 47.

Pro ſecularibus laboratoribus. Collector.

¶ IDEM eugenius declarauit: ꝙ artifices laborioſas artes exercentes: ⁊ ruſtici ſiue diuites ſint ſiue pauperes: non tenentur ieiunare ſub precepto peccati mortalis. Et ꝙ abſolui poſſunt: ⁊ induci ad elemoſinas: ⁊ alia bona facienda o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 82. Et fffo. 101. conce. 395.

¶ Aduerte ꝙ hoc precipue intelligendum eſt de ruſticis laboratoribus q arãt vel ſimilia opera laborioſa exercent.

4 Pro iſirmis fratribus.

Sixtus. 4. cõceſſit ꝙ fratres mi. nõ potẽtes ieiunare bono modo propter infirmitatem vel debilitatem: non teneantur. o. fo. 62. Et ffo. 66. concẽ. 99. Et fffo. 100. conce. 384.

5 Pro itinerãtib⁹ fratrib⁹

Leo. 10. cõceſſit ꝙ fratres mi. obſeruãtes itinerãtes: poſſint trãfferre ieiunium diei itinerationis in alium diem. o. fffo. 93. conce. 286.

6 Pro fratribus pdicãtibus.

¶ IDEM Leo cõceſſit ꝙ fratres mi. maxime pdicatores actu pdicãtes: poſſint ſine ſcrupulo: ⁊ ſeruato ieiunio anticipare ſeu retardare (iuxta ſuã cõſolationem) horas comeſtionis: ⁊ ſerotine colationis. o. fffo. 93. conce. 282.

Impetrare litteras apoſtolicas.

1 Licentia.

PAulus. 2. ſtatuit ꝙ nullus fratrũ mi. ipetrare hec recipe valeat aliquẽ locũ ſeu domũ: etiã quarũcũqꝫ lr̃aꝝ aplicaꝝ obtẽtu: niſi de licẽtia gñalis vel puĩcialis illius puincie in qua loc⁹ ſeu domus ipa cõſiſtit: niſi his lr̃is fuerit ſpecialiter derogatũ. B. fo. 10. ⁊ ffo. 94. ↄce. 203.

2 Protector ordinis.

Sixtus. 4. diſtricte inhibuit fratrib⁹ mi. ne ipetrẽt a ptectore ordinis aliquas lr̃as vel aliquid aliud: vltra ꝙ̃ ſua facultas in regula pdictoꝝ fratrũ cõceſſa ſe extẽdit: nec etiã taliter ab alijs impetratis vtantur. Et voluit ꝙ q cõtrariũ fecerint: puniãtur illis penis quibus eſſent p grauibus culpis (ſm ſtatuta dicti ordinis) puniendi. Ac ꝙ tales ſint nihilominus priuati actib⁹ legitimis: ⁊ a ſuis (ſi q̃ habent) ſuſpenſi officijs ipſo facto. B. fo. 53. ⁊ ffo. 137. conce. 303.

Collector.

¶ Qualr̃ nequeãt pdicti fres ipetrare aliqđ idultũ aplicũ: pſertim exẽptionẽ: ſine licẽtia ſuoꝝ ſuperioꝝ: vide ſupra in dictiõe Exempti fratres. §. 8. ⁊. 9.

Incarcerare.

Collector.

¶ Qualiter poſſint ⁊ debeant fratres minores delinquentes incarcerari: vide ſupra in dictione Correctio.

Incorregibiles. fratres.

1 De eiectis ab ordine.

INnocentius. 4. prohibuit diſtricte: ne fratres mino. quos generalis aut prouinciales miniſtri ab ordine pro ſuis culpis ⁊ demeritis expellere contigerit: preſumant predicare ſeu confeſſiones audire vel docere: niſi (de licentia ſedis apoſtolice aut predictorum miniſtrorum) ad alium tranſierint ordinem: prout latius poſitum eſt ſupra in dictione Eijcere ſeu expellere ab ordine. §. 1. Et habetur B fo. 36. ⁊ ffo. 120. conce. 261.

2

Alexander. 6. cõceſſit facultatẽ generalibus ⁊ puincialib⁹ ordinis mi. vt poſſint fratres incorregibiles habitu ordinis expoliare: ⁊ ab ordine eijcere: prout habetr̃ ſupra in dictiõe Habitus fratrũ. §. 9.

Indulgentie.

Collector.

¶ Circa materiam indulgentiarum ordini minorum: ⁊ alijs ordinibus mẽdicantium conceſſarum: ſic proceditur. Primo enim ponuntur indulgentie tã plenarie ꝙ̃ alie que ſolum attinent ad perſonas fratrum minorum: necnon ad alias perſonas que eorundem priuilegijs vniuerſaliter gaudere poſſunt.

Deinde ſubiunguntur alie: que pertinent ad ſeculares deuotos ordinis: tam eccleſias eorundem fratrum viſitantes: q̃ aliqua alia reſpectu ipſorum fratrū ⁊ ſuorum monaſteriorum facientes: ac etiam multe alie indulgentie prout infra patebit.

Indulgentie quoad fratres.

Collector. ¶ Circa indulgentias pertinentes ſolum ad fratres: ſic proceditur: ꝙ primo ponuntur omnes plenarie. Secundo adduntur alie indulgentie nō plenarie. Tertio ſuperadduntur indulgentie ſtationum vrbis Rome: ac Hieruſalem ⁊ ſancti Jacobi.

Indulgentie plenarie quoad fratres.

1 Pro articulo mortis. MArtinus. 5. Eugenius. 4. Nicolaus. 5. Caliſtus. 3. Pius. 2. ac Sixt⁹. 4. cōceſſerūt oibus fratribus mino. de obſeruātia indulgētiā plenariā in articulo mortis. Et ꝙ ſi occurrerit caſus ꝙ nō poſſint cōfeſſorē eligere ſeu habere: tunc etiā cōſequant̄ predictam indulgentiā: ſi ſint in ſtatu gratie. b. ffo. 71. conce. 185.

2 Pro receptione habit⁹. ¶ IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ in receptione habitus cuiuſlibet trium ordinum ſancti Franciſci: ſit indulgentia plenaria recipienti: ⁊ ſimiliter in die obitus. o. fo. 63. Et ffo. 67. cōce. 1104. Et ffo. 95. conce. 320.

3 Pro feſtis dñe noſtre. Ex puile. auguſtinēſiū. ¶ IDEM Sixtus conceſſit vere penitentibus ⁊ cōfeſſis viſitantibus eccleſiam ſancte Marie de populo vrbis Rome: in feſtiuitatibus precipuis domine noſtre. ſ. Conceptionis: Natiuitatis: Purificationis: Annunciatiōis: Viſitationis ⁊ Aſſumptionis: a primis veſperis vſq; ad ſecundas veſperas plenariam omnium peccatorum remiſſionem ⁊ veniā. B. ffo. 77. conce. 235.

Collector. ¶ Hac conceſſione gaudere poſſunt fratres: ratione generalis cōceſſionis indulgentiarum vrbis Rome: necnon ⁊ alterius ſpecialis conceſſionis que habetur hic infra. §. vltimo.

4 Pro ſabbatis quadrageſime. ¶ IDEM Sixtus conceſſit omnibus vere penitentibus ⁊ cōfeſſis qui predictam eccleſiam ſancte Marie de populo viſitauerint qualibet die ſabbati ſingularum hebdomadaꝝ quadrageſime omnium peccatorum ſuorum remiſſionem ⁊ veniam. B. ffo. 78. conce. 234.

Collector. ¶ Aduertendum ꝙ huiuſmodi conceſſione poſſunt etiam gaudere fratres extra vrbem Romam: propter generalem conceſſionem indulgentiarum predicte vrbis eis pleniſſime factam. Non tamen poterunt gaudere huiuſmodi indulgentijs perſone ſeculares que viſitauerint eccleſias huiuſmodi fratrum extra dictam vrbē: prout aliqui fratres aſſerere niſi ſunt. Quapropter Leo. 10. fecit ſuper hoc quandam declarationem ⁊ conceſſionem: que ponitur infra §. vltimo.

5 Innocentius. 8. conceſſit vt fratres mino. ſacerdotes celebrātes in diebus dominicis: ⁊ ſolēnitatibus dñi: ⁊ beate Marie: ⁊ ſanctoꝝ noſtri ordinis: habeant indulgentiā plenariā: ⁊ fratres laici quando cōmunicant. o. ffo. 69. conce. 148. Et ffo. 99. conce. 361. Cōicare.

6 Cōicare. ¶ IDEM Innocentius conceſſit vt moniales cōmunicātes habeant indulgentiam plenariam. o. ffo. 69. conce. 150.

Julius. 2. cōceſſit ꝙ fratres mi. obſeruātes: toties quoties coronā; virginis Marie que continet. 72. Aue maria: ⁊ octo Pater noſter (premittēdo ante quaſlibet decē Aue maria vnū Pater noſter) dixerint: lucrētur indulgentiā plenariam: addendo tamen vnum Aue maria pro ipſo dño papa. o. ffo. 92. conce. 273. Uide infra. §. 11. 7 De corona dñe noſtre.

¶ IDEM Julius cōceſſit ꝙ predicti fratres: dicendo coronā ſaluatoris nr̄i Jeſu chriſti q̃ cōtinet. 33. Pater noſter: ⁊ totidē Aue maria: in memoriā annorum vite chriſti: lucrent̄ cōſimilem indulgētiam plenariā: ſicut ꝑ corona beate virginis. o. ffo. 92. conce. 274. Uide circa hoc infra. §. 11. 8 De corona dñi noſtri.

Leo. 10. conceſſit ꝙ ſorores ſancte clare: ⁊ tertij ordinis de penitētia nuncupate in cōgregatione cōmorantes: ⁊ ſub cura fratrum minoruz obſer. viuentes: toties quoties coronam virginis Marie dixerint: lucrentur plenariam indulgentiam. o. ffo. 92. conce. 272. ¶ De huiuſmodi coronis ponitur infra alia conceſſio melior. §. 11. 9 Pro monialibus. De corona btē virginis

¶ IDEM leo conceſſit ſupradictis monialibus: vt quoties ſacrā ſumūt cōmunionem: ea die plenariā indulgentiam cōſequantur. B. ffo. 42. cōce. 133. 10 Pro mōia.

¶ IDEM leo conceſſit ſororibus ſeu ancillis ordinis beate Marie: vt dicendo coronas dñi Jeſu: ⁊ beate Marie virginis: conſequantur plenariā indulgentiā ſuoꝝ peccatoꝝ. Et declarauit: ꝙ hoc idem (licet forte minus clare) conceſſerat ipſemet Leo monialibus ſancte Clare. B. ffo. 43. conce. 134. 11 Pro monialibus. De coronis.

¶ Aduertēdum ꝙ ex hac cōceſſione: ⁊ ex alijs ſupraſcriptis colligit̄: bis cōceſſum eſſe fratribus mino. ⁊ monialibus ſancte Clare vt dicendo coronas domini noſtri: ⁊ domine noſtre conſequantur indulgentiam plenariā; licet clarius in oraculis viue vocis ſupra poſitis. ſ. §. 7. ⁊. 9. Collector.

¶ Aduertēdum eſt etiā ꝙ corona dñi noſtri Jeſu chriſti cōtinet. 33. Pater noſter: ⁊ totidē Aue maria ī honorē annoꝝ vite eiuſdē Chriſti. Corona vero beate virginis: dicit̄ ab aliquibus cōtinere. 63. Aue maria: ⁊ de decē in decē vnū Pater noſter. Et ſic habet̄ in litteris Leonis ſuperius allegatis. Sed vt alij dicunt ⁊ melius: cōtinet. 72. Aue maria in memoriam. 72. annorum quos beata virgo in hoc ſeculo creditur vixiſſe. Et ita ponitur in alijs litteris eiuſdē Leonis. B. ffo. 63. conce. 204. Collector.

¶ IDEM leo conceſſit ſupradictis ancillis beate marie: vt quoties ſacram ſumpſerint communionem: ea die plenariam conſequi valeant indulgentiā. B. ffo. 43. conce. 127. 12 Cōmunicare.

¶ IDEM leo cōceſſit: ꝙ fratres infirmi ac ſenes in decrepita etate cōſtituti: dicendo vnum Pſal'. vel hymnū virginis vel dñi noſtri: lucrentur indulgentias cōceſſas dicētib⁹ coronas Jeſu xpi dñi noſtri ⁊ matris ſue: q2 huiuſmodi perſone non poſſunt ſemper tot dicere. O. ffo 60. conce. 181. 13 Pro īfirmis

¶ IDEM leo cōceſſit ꝙ in ſabbato in ramiſpalmarū: ⁊ in die ſancti Joannis euāgeliſte: ac in feſto eiuſdem quod dicitur ante portā latinā: quilibet fratrū mino. regularis obſer. dicēdo Pſal'. penitētiales: vel quinquies Pater noſter cum totidem Aue maria ante ſacramētum altaris: poſſit liberare vnā animam a purgatorij penis. Uoluit tn̄ prefatus pontifex: ꝙ fratres ꝑdicti in perpetuum die qua predicta gratia vtentur: dicant pro ſanctitate ſua vnam coronam beate virginis marie. O. ffo. 61. conce. 184. 14 Liberatio animaꝝ a purgatorio.

¶ Aduerte ꝙ ſolū tres prefate cōceſſiones pro liberādis pro animabus pur- Collector.

gatoꝛij inueniuntur autētice. Alie autē ꝙ ponuntur inferius vbi explicātur in
dulgentie per ſingulas ferias quadrageſime reperiūtur in multis ſummarijs
Rome impreſſis: ⁊ ideo nō debent contēni: ꝗuis de ipſis nulla habeatur cer-
titudo: nec practicentur Rome.

16 ¶ LEO leo cōceſſit ꝙ fratres mi. dicētes vel recitātes officiū defunctoꝛuꝫ
De officio d pro aīabus exiſtētibus in purgatoꝛio vel ſeptē ps. penitētiales: eaſdē cōſequā-
functoꝛum. tur indulgētias quas cōſequūtur dicētes coronā beate virginis Marie: ſcꝫ in
De ps. peni. dulgentiam plenariam toties quoties dixerint. O. ffo. 61. conce. 187.

17 ¶ LEO leo cōceſſit ꝙ oēs pꝛuinciales fratrū mi. obſer. acta viſitatione oꝛ-
De viſita. cō dinaria in cōuētib⁹ ſue pꝛuincie: habeāt facultatē cōcedendi indulgentiā ple-
uētuū q ſit a nariā omnibus fratrib⁹ cuiuſlibet cōuentus ſic viſitati. Et idem de moniali-
pꝛuincialib⁹ bus ſancte Clare: ⁊ tertiarijs in congregatione viuentibus. o. ffo. 93. ꝯce. 285

18 ¶ LEO leo cōceſſit ꝙ toties quoties fratres mi. ⁊ e obſer. dicunt miſſam
Pro dicen. cōceptionis virginis Marie: ac intēdunt oꝛare pro ſua ſanctitate ⁊ vniuerſa-
miſſā cōcep. li eccleſia: habeant indulgentiam plenariam. o.

Collectoꝛ. ¶ Aduerte ꝙ predicta cōceſſio non eſt al's impreſſa: quia poſt impreſſioneꝫ li-
broꝛum priuilegioꝛum fuit obtenta: ſeu ad partes hiſpanie aducta: nihilomi-
nus tamē pro indubitata haberi poteſt cum habeatur ī regiſtro cōmiſſarioꝝ
curie Romane: ac exinde ſit fideliter extracta.

19 ¶ LEO leo ampliauit ſupꝛadictam indulgentiam: pro fratribus eiuſdeꝫ
Pro audien oꝛdinis audientibus pꝛefatam miſſam conceptionis: ac etiam pro monialib⁹
tib⁹ miſſam ſancte Clare in cōgregatione viuentibus: ſimiliter audientibus pꝛedictā miſ-
cōceptionis ſam. o. ¶ Hec cōceſſio non eſt al's impꝛeſſa pꝛopter cauſam ſupꝛadictā in fine
conceſſionis pꝛecedentis.

20 ¶ LEO leo ꝯceſſit monialibus ſancte Clare ſub cura fratrū mi. ob. exiſtē
De cantico tibus: ac p ꝯñs eiſdē fratribus: ꝙ dicēdo cāticū graduū lucrētur indulgētiaꝫ
graduum. quā lucrātur dicendo coronam virginis Marie. ſ. indulgētiam plenariaꝫ. o.
¶ Iſta cōceſſio non eſt impꝛeſſa pꝛopter cauſam ſupꝛaſcriptam in calce. §. 18.

21 ¶ LEO leo cōceſſit pꝛefatis religioſis: ꝙ dicendo decē ps. paſſionis xpi. ſ.
De decē. ps. Deus deus meus reſpice in me ⁊c. vſqꝫ ad ps. In te dñe ſperaui incluſiue: lu-
paſſiōis xpi crentur qd lucrātur dicēdo coronā dñi noſtri ieſu xpi. ſ. indulgētiā plenariā.
Collectoꝛ. ¶ Pꝛefata cōceſſio nō eſt alibi impꝛeſſa pꝛopter cauſam pꝛedictā. §. xviij: ac p
ꝯſequēs non ſit de ea: nec de alijs tribus pꝛecedentibus aliqua remiſſio: ſeu
quotatio: ſicut factum eſt de alijs.

Collectoꝛ. ¶ Aduertēdū eſt circa hāc vltimā conceſſionē ꝙ decē pſalmoꝝ de quib⁹ ī ea
ſit mentio: quinqꝫ ſunt pꝛimi. 5. pi. qui hñtur in pꝛincipio pꝛime dñicalis: reli
qui vero quinqꝫ: ſunt etiam pꝛimi exiſtētes in pꝛincipio ferie ſcde. Appellant
aūt ps. paſſionis Chꝛiſti: qꝛ pie creditur ꝙ redēptoꝛ noſter pendēs in cruce di-
xit illos. Nam pꝛimū verbū quod dixit in cruce. ſ. Heloi ⁊c. eſt in hebꝛeo pꝛin
cipium pꝛimi ps. pꝛedictoꝛum. Et vltimū verbum quod ibidē pꝛotulit. ſ. In
manus tuas ⁊c. habetur in vltimo pſalmo pꝛefatoꝛum decem.

Collectoꝛ. ¶ Sciendum ꝙ vltra ſupꝛadictas indulgētias plenarias fratribus minoꝛib⁹
conceſſas: ſunt etiam eiſdem fratribus conceſſe multe abſolutiones plenarie
in varijs feſtiuitatibus: alijſqꝫ dieb⁹ ⁊ tēpoꝛibus anni: quarū nōnulle habēt
inſimul indulgentias plenarias. Sed qꝛ hmōi cōceſſiones poſite ſunt in di-
ctione Abſolutio extra oꝛdinaria quo ad fratres: ideo hic non ponuntur.

¶ ¶ Leo. x. declararuit ꝙ mulieres vouentes ſolam caſtitatem ꝑmanentes in domib⁹ ꝓprijs: poſſunt gaudere preuilegijs tertiariorum vouentium tria vota. inuenies in ſuplemento fo. xxviij /

¶ Pro fratribus pꝛedicatoꝛibus.

Sixtus. 4. conceſſit fratribus oꝛdinis pꝛedicatoꝛum: ⁊ monialib⁹ eo- 22
rundem de obſeruantia: ac tertiarijs eiuſdem oꝛdinis in reg Pro feſto ſci
nis caſtelle ⁊ legionis conſiſtentibus: vere penitētibus ⁊ cōfeſſis: vt anno quo- dominici.
libet in feſto ſancti Dominici: ⁊ ſemel in moꝛtis articulo plenariam indulgē Particula-
tiam omnium peccatoꝛum ſuoꝛum conſequantur. Ac etiam omnes indulgē- ris ꝑ regnis
tias: ⁊ peccatoꝛū remiſſiones quas certis anni tēpoꝛibus (alme vꝛbis eccleſia- Caſtelle ⁊ le-
ſticas ſtationes nuncupatas) viſitantes conſequuntur: valeant conſequi: pro- gio.
ut fratribus minoꝛibus conceſſum eſt. b. fo. 55. Et. ffo. 73. conce. 191.

¶ Aduertendū eſt ꝙ hmōi conceſſiōe indulgētie plenarie nequeāt vti fratres Collectoꝛ
mi. niſi illi qui ſunt in pꝛuincijs dictoꝝ regnoꝝ: qꝛ ipſi habēt ad hoc ſpecialē
Prohibitio non petita: obtenta vel non obtenta a ſuis ſuperioribus licen-
cōtra deſce- tia: immediate vel per alium: ſeu alios ordines mediate tranſie
dentes ab or rint: in ordine ſiue ordinibus ad quem vel ad quos tranſitum
dine. habere contigerit: vel etiam extra illos: ad nullam omnino adminiſtrationem
vel officium curam animarum habentia: neqʒ etiam ad aliquam dignitatem
vel prelaturam quoquomodo poſſint aſſumi: abſqʒ ſedis apoſtolice ſpeciali: ⁊
expreſſa licentia per ipſius ſedis patentes litteras concedenda: facientes plenaʒ:
certam ⁊ determinatam de ſtatuto ⁊ ordinatione huiuſmodi mentionem. Et
decreuit irritum ⁊ inane ſi ſecus in hac parte fuerit attētatum. B. fo. 28. et. ffo.
112. conce. 239.

2 Julius. 2. ſtatuit: ⁊ in virtute ſancte obedientie: ac ſub excommunica-
Pro tribus tionis pena precepit ꝙ omnia ⁊ ſingula officia trium ordinum
ordinibꝰ. s. beati Franciſci: ſint triennalia: ita vt expleto triennio: in eadem domo proro-
franciſci. gari quiſpiam non poſſit in officio prelationis: licet bene in alia domo: vel in
alio officio. B. ffo. 226. conce. 531.

Collector. ¶Aduertēdū eſt ꝙ circa duratione officiorū ordinis: fuerūt nōnulla ſtatuta in
capitulo gn̄ali celebrato in cōuētu Lauallis ꝓuincie turonie anno dn̄i. 1153. pro
Statutū ge- ut ſequūtur. ¶Ordinat ⁊ ſtatuit gn̄ale capitulū ꝙ omnia ⁊ ſingula officia regi-
nerale. minis triū ordinū beatiſſimi Frāciſci patris noſtri de cetero ſint trienalia. Si
aūt aliquis guardianus ſeu abbatiſſa poſtquā ſuū trienniū in aliquo cōuentu
finierit: in altero eligatur: vel poſtuletur ibidē poterit prefici ⁊ cōfirmari. Sed
nō poterit vltra trienniū in eodē cōuentu in officio cōtinuari. Nō intelligitur
aūt ita preciſe huiuſmodi trienniū quin poſſit per menſem: ⁊ per menſes ꝓlon
gari vel breuiari ſecūdū ꝙ capitula prouincialia accellerātur: vel protrahūtur
Statutū ge- fo. 229. tract. 3. et. ffo. 248. trac. 2. ¶Determinat totum Capitulum generale ꝙ
nerale. confeſſores monialiū ſancte Clare ſint triennales ſicut ceteri prelati: ſeu guar-
diani: vel alij in regimine conſtituti. Et ꝙ nullus in hoc poſſit diſpenſare. fo.
229. tractatu. 3. et. ffo 249. tractatu. 2.

Leo. 10. in bulla vnionis ſtatuit: ꝙ officiū miniſtri generalis poſſit du- 3
rare per ſex annos: quibus ſex annis expletis: ipſofacto ſit abſolu- Miniſter ge
tus a generalatus officio ⁊ pro tali ab omnibus habeatur. B. ffo. 29. conceſ- neralis.
ſione. 93.
¶IDEM Leo voluit ⁊ ordinauit ꝙ miniſtri prouinciales vltra triennium 4
non poſſint continuari in ſuis officijs. Et ꝙ elapſo triennio pro abſolutis ab Miniſtri ꝓ-
officio a cunctis fratribus habeantur. Et ꝙ idem iudiciuʒ de cuſtodibus per uinciales.
omnia habeatur. B. ffo. 30. conce. 97. prope finem.

Officium diuinum.

¶Diſtinctio conceſſionū pertinentiū ad officium diuinum.

¶Aduertendum ꝙ ea que in priuilegijs reperiuntur circa officium diuinum Collector.
ſubſequenti ordine diſtinguntur. ¶Primo namqʒ ſunt ibi aliqua que perti-
nent ad ordinē officij: ſeu ad formā dicēdi illud. Et hec ſub diſtingūtur. Que
dam enim ſpectant ad feſtiuitates ſanctorum. Et hec habentur infra. §. 2. ⁊. 3.
⁊. 6. ⁊. 9. ⁊. 11. ⁊. 12. ⁊. 21. De octauis autē dictū eſt ſupra in dictione Octaue fe
ſtiuitatis. Alia ſunt que in particulari concernunt ferias. Et iſta cōtinentur in
fra. §. 4. ⁊. 15. ⁊. 24. ⁊. 25. ¶Secundo principaliter continentur in priuilegijs
nonnulle diſpenſationes circa officium diuinum ratione itineris: aut infirmi
tatis: vel alias. Et hec habentur in. §. 1. ⁊. 8. ⁊. 15. ⁊. 16. ⁊. 17. ⁊. 18. ⁊. 24. ¶Ter-
tio principaliter ſunt aliqua conceſſa pro ſupplectione deffectuuʒ in hm̄oi of-
ficio cōmiſſorū. Et iſta habentur in. §. 5. ⁊. 7. ⁊. 8. ⁊. 14. ⁊. 26. ⁊. 27. ¶Quarto
inueniuntur circa hoc alique indulgentie prout patet infra. §. 10. ⁊. 28. Et nō-
nulle alie indulgentie que ſpecialiter ſunt date pro officio conceptionis: habē
tur in dictione Conceptio. ¶Ultimo vero continentur quedā cōceſſiones cir
ca facultatem declarandi dubia: ⁊ ordinandi que expedierint circa hm̄oi of-
ficium diuinum: ſicut patet in. §. 19. ⁊. 21.

Innocentius. 4. cōceſſit fratribus mi. vt quando 1
ratione itineris vel alterius rei cau- Pro itinerā
ſa: extra cōuentus: ſeu loca ſua: quemlibet vel quoſlibet eorūʒ tibꝰ frībus.
contigerit degere: poſſunt diuinum officium fratres cū fratri
bus: aut ſimul cū alijs regularibꝰ pſonis: vel qlibet ſeparatim
facere: alio q̄ʒ romano ordine placuerit. Et ꝙ id ſufficiat ad ꝓ Diſpēſatio.
ſoluendum debitū ad qđ ratione regule tenentur: nec iterum proprium offi-
cium dicere teneantur. B. fo. 55. ⁊ ffo. 138. conce. 305.

Sixtus. 4. conceſſit: vt officium conceptionis beate virginis per fra- 2
trem Bernardinum de Buſto copilatum: ⁊ ordinatuʒ: poſ De officio
ſit libere ⁊ licite dici ⁊ recitari a quibuſcunqʒ volentibus pro deuotione ſua cōceptiōis.
illud dicere. B. ffo. 124. conce. 272.
¶IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ fratres minores poſſint dicere commemora- 3
tiones omnium ſanctorum ſui ordinis ſub vna antiphona. o. fo. 63. ⁊ ffo. 67 De ſanctis
conceſſione. 116. ordinis.
¶IDEM Sixtus conceſſit: ꝙ quando quis ſolus dicit matutinum in qua 4
drageſima: non teneatur dicere letanias duplices: prout in choro dicuntur De ferijs.
quando fit de feria. o. fo. 64. ⁊ ffo. 68. conceſſione. 132. ⁊ fffo. 96. conceſſio-
ne. 328.

5 *De ſuppletione defectuū.* ¶ Idem Sixtus conceſſit omnibus fratribus mi. non valentibus perſoluere diuinum officium bene ac diligenter in choro: prout tenentur: ꝙ ſi per defectum viſus vel auditus aliquid pretermiſerint: nō teneātur illud omiſſum iterum perſoluere: ſed dicant vnum. ps. in fine horaꝝ: ⁊ ſufficiat eis. o. fo. 62. Et ffo. 66. conce. 98. Et fffo. 100 conce. 382.

6 ¶ Idem Sixtus conceſſit nōnulla alia circa celebrationē feſtiuitatū ⁊ octauarum: que poſita ſunt ſupra in dictione Feſtiuitas. §. 9. ⁊. 10. ⁊. 11. Et in dictione Octaue feſtiuitatum.

7 *De ſuppletione defectuū.* **Innocentius.** 8. conceſſit ꝙ quādo fratres mi. dimittūt aliquid de diuino officio: nō ex dolo: poſſint ſupplere dicēdo aliquē. ps. vel orationem dominicam: vel Aue maria. o. ffo. 69. ꝯceſſio. 149. Et fffo. 99. conce. 362.

8 *De ſuppletione defectuū.* ¶ Idem Innocētius conceſſit ꝙ fratres profeſſi neſcientes per ſe plene perſoluere officium diuinū: non teneātur ad id ſub pena peccati mortalis donec ſciuerint illud: dūmodo faciant qđ in ſe eſt: ⁊ dicāt ſicut ſciunt: ⁊ vltra dicāt horas fratrū laycoꝝ. o. fo. 65. Et ffo. 69. conce. 156. Et fffo. 100. conce. 373.

9 *De celebratiōe quorūdam feſtoꝝ.* **Alexander.** 6. cōceſſit omnibus ⁊ ſingulis fratribꝰ mi. de obſer. vt in feſto preſentationis virginis glorioſe: ⁊ ſancti Gabrielis archangeli: ⁊ ſancte Katherine virginis: propria officia dictarū feſtiuitatum: libere ⁊ licite recitare poſſint ⁊ valeant. Quodqꝫ feſtum p̄dicte virginis ⁊ martyris Katherine: ſub minori duplici celebrare poſſint. Et ꝙ ꝑ itroitu miſſe eiuſdē dicaꝰ officiū Gaudeamꝰ oēs ⁊c. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 165.

10 *Indulgētie.* ¶ Idem Alexander cōceſſit omnibus dicentibus in officio beate virginis in hymnis Quē terra pōthus. ⁊c. ⁊ O glorioſa dn̄a: verſuꝫ Maria mater gratie. decē annos indulgētiaꝝ ꝑ qualibet vice. o. fo. 66. Et ffo. 70. conce. 170.

11 *De proprijs hiſtorijs.* ¶ Idem Alexander conceſſit fratribus mi. vt in ſolemnitatibus ſanctorū poſſint dicere proprias eorum hiſtorias: etiam ſi in breuiario non ſint. o. ffo. 261 conce. 679.

12 *De ſanctis ordinis.* ¶ Idem Alexander conceſſit fratribus mi. vt feſtum omniū ſanctorū dicti ordinis ſub vna celebritate dicere: ⁊ recitare libere: ⁊ licite poſſint ⁊ valeant. o. ffo. 261. conce. 679.

13 ¶ Idem Alexāder conceſſit nonnulla alia circa celebrationē feſtiuitatū ſanctorum: que poſita ſunt ſupra in dictione Feſtiuitas.

14 *De ſuppletione defectuū.* ¶ Idem Alexander cōceſſit ꝙ quādo aliquid dimittitur de diuino officio non ex dolo poſſit ſuppleri cum aliquo. ps. vel dicēdo orationem dominicā vel aue maria. o. fffo. 99. conce. 362.

15 *De ferijs.* **Julius.** 2 ſtatuit: vt quoties in aduentu ⁊ quadrageſima occurrūt reſponſoria aliqua: vel laudes proprie: fiat de feria: niſi tunc feſtum duplex vel ſolemne occurrat. ¶ Hoc non habetur in libris monumentoꝝ ordinis: nec in ſupplemento: ſed fuit impreſſum in Kalēdario ordinato in capitulo generali celebrato apud Rothomagum: tēpore prefati Julij.

16 *Pro ſcrupuloſis fribus.* **Leo.** 10. conceſſit ꝙ fratres mi. dicendo horas canonicas: ⁊ alia officia diuina in choro: vel extra: ſatiſfaciant precepto capituli dolētes: de celebratione miſſarum: de dicendo ſtudioſe pariter ⁊ deuote: ac etiam regule ſue: etiam ſi propter aliquam fatigationem: vel aliam cauſam dicant ſedendo aut deambulādo: vel nō integre verba proferendo prout ſcripta ſunt: propter



negligentiā: aut imperitiam: vel malam prolationem naturalem: propter defectum lingue: ſeu alias qualitercūqꝫ ore imperfecte dicant: aut cum mentis diſtractione: ⁊ ſenſuum vagatione: dum tamen non ex malicia hec faciant.

¶ Et ſimiliter conceſſit: ꝙ qui cum talibus male proferentibus: vel alios ſupradictos defectus facientibus dicunt officium: non teneantur reiterare ab alijs imperfecte dicta: aut ab eis non integre audita: propter diſtantiam localem: vel ſtrepitum: ſeu aliam cauſam: ſed ſatiſfaciant precepto eccleſie ⁊ regule ſue: qualitercunqꝫ audiendo que alij debent dicere: preſertim in choro. O. fffo. 59. conce. 169.

¶ Idem leo conceſſit: vt ne fratres predicti mutuo ſe impediant in officio diuino: aut alijs ſint faſtidioſi: ꝙ illa que i ordinario iubētur dici ſecrete ſub ſilētio: tam in horis canonicis q̄ʒ etiam in miſſa: non teneātur proferre vocaliter: ſed ſatiſfaciant dicendo mētaliter aut legēdo inter ſe per librum: q2 aliqui deuotius ſic dicunt: ⁊ abſqꝫ impedimento: ⁊ faſtidio aliorum. Et ꝙ eodēꝫ modo poſſit facere qui ſolus dicit officiū per ſe: cum ꝓlatio verbalis ſit precipue vt ab alijs intelligatur. O. fffo. 59. conce. 170. 17 *Pro ſcrupuloſis fratribus.*

¶ Idem leo q2 fuit informatus ꝙ aliqui fratres ſcrupuloſi quādo ſunt in infirmitate fere nunq̄ʒ poſſunt: nec ſciūt diſcernere: ⁊ ſe determinare quando licite poſſunt dimittere dicere horas canonicas: cōceſſit ꝙ ſiue ꝓpter febrē aut dolorem intenſum vel aliam infirmitatem fratres fuerint grauati: ⁊ afflicti: ſatiſfaciant dicēdo pro horis canonicis. ps. hymnos. Pater noſter. Aue maria: vel alia iudicio prelati: aut preſidentis loci: ſeu conuentus aſſignanda. Et hoc quando medicus corporalis (ſi cōmode potuerit haberi) dixerit eſſe nociuum infirmo. O. fffo. 59. conce. 171. 18 *Pro ſcrupuloſis fribus.*

¶ Idem leo cōceſſit ꝙ capitulum generale dumtaxat: habeat facultateꝫ declarādi dubia que occurrerint circa officiuꝫ diuinum: ⁊ ordinandi: addēdi: ⁊ mutandi quicquid videbitur pro fratribus expedire: tam in regulis q̄ʒ in Kalendario. O. fffo. 59. conce. 176. Uide circa hoc infra. §. 21. 19 *Ordinare.*

¶ Idem leo conceſſit ꝙ quando fratres predicti habent aliquas occupationes: poſſint ſine cōſcientie ſcrupulo anteponere: ſiue poſtponere officiuꝫ diuinum: vtputa dicendo matutinū ante mediam noctē quacūqꝫ hora voluerint: ⁊ alias horas de mane vſqꝫ ad veſperas excluſiue: etiam ſi occupatio non ſit multum neceſſaria: ſed ſatis eſt ꝙ cogitent tunc deuotius: ac quietius dicere. O. fffo. 60. conce. 182. 20 *De anticipatione: ⁊ poſtpoſitione horarum.*

¶ Idem leo conceſſit ꝙ miniſtri fratrum mino. in ſuis capitulis prouincialibus reſpectiue: poſſint de conſilio diffinitoruꝫ nominare duos vel tres fratres: qui ſic nominati poſſint ordinare vnum Kalēdarium ſanctorū: feriarū: ⁊ dn̄icarum pro toto anno cum regulis neceſſarijs. Ita ꝙ ſemper in quacūqꝫ prouincia: tam fratres q̄ʒ moniales illarum ꝓuinciarum reſpectiue: idem officium: ⁊ de eodem ſancto vel feſtiuitate: aut feria faciant: ne varietati: ⁊ diſcordie locus detur: dum tamen non multum diſcrepent a Kalendario romano. O. fffo. 61. conce. 190. 21 *Ordinare.*

¶ Aduerte ꝙ licet iſta conceſſio facta ſit vltimo poſt conceſſionem ſuprapoſitam. §. 19 tamen illa debet obſeruari: ⁊ non iſta. Ratio huius eſt: quia vt habetur ſupra in dictione Generalis miniſter. §. 23. ⁊ latius infra in dictione Oracula. §. 3. conceſſit idem Leo vt generalis in ſuo capitulo generali *Collector.*

poſſit declarare vtrum ab vſu alicuius conceſſionis viue vocis oraculo facte debeat abſtineri poſtꝙ̄ declarationem nequeāt fratres vti huiuſmodi conceſſione: ac ſi per papam fuiſſet ſuſpenſa: vel reuocata. Et cum virtute prime cōceſſionis: ⁊ iſtius auctoritatis: in capitulo generali Burgeñ. fuerit ordinatum kalendarium: ⁊ nonnulle regule circa diuinum officium: ⁊ preceptū per obedientiam vt nulli prouincie: ſeu conuentui liceat pro quacunqꝫ conceſſione aliter officium diuinum immutare: ſiue quouis alio modo alterare: nec alia feſta cōmuni kalendario ſuperaddere: ideo nulla prouincia poterit vt de cetero iſta conceſſione.

22 ¶ IDEM Leo conceſſit. vt fratres mino. in vltramontanis partibus: ſcilicet Galliarum: ⁊ Hiſpaniarum ⁊c. ac moniales: ⁊ ſorores eorum cure cōmiſſe: poſſint celebrare feſta angelis cuſtodis: angeli Raphaelis in diebus in quibus per ſua capitula prouincialia reſpectiue ordinatum fuerit. O. ffo. 61. conce. 192.

Collector. ¶ Aduerte circa hanc conceſſionem que ſupra poſita ſunt in fine precedētis: quia idem iudiciū eſt de vtraqꝫ.

23 ¶ IDEM Leo conceſſit multa circa officium diuinum pro tēpore interdicti: que poſita ſunt ſupra in dictione Interdictum.

Interdictū.

24 ¶ IDEM Leo conceſſit ꝙ fratres p̄dicatores: ⁊ confeſſores ordinis mino. de obſeruantia quando actu predicant ⁊ confeſſiones audiunt: vtputa in aduentu: ⁊ quadrageſima: poſſint officiū feriale anticipare: ⁊ feſta illis diebus reſeruare quibus amplius laborare neceſſe eſt. Ita tamen ꝙ non fiat in fraudē diuini officij: ſed vt liberius valeant ſtudio vacare: ⁊ ſpirituali cōſolationi fidelium populorū incumbere. o. ffo. 91. conce. 265.

De anticipatione feria .

25 ¶ IDEM Leo declarauit ꝙ fratres p̄dicti dicēdo officiū extra chorū propter occupationes occurrentes: non teneantur duplicare letanias que ex ordinario in quadrageſima ſolent poſt matutinū dici. Nec etiam teneantur ad obſeruātiam horarum ſtatutarū quibus ſolet officium in choro dici a fratribus: preſertim quū ſunt ipſi fratres in itinere conſtituti. vel aliis infirmitate: ſiue occupatione cōmuni prepediti. o. ffo. 91. conce. 266.

De ferijs. Diſpēſatio.

26 ¶ IDEM leo conceſſit ꝙ quicunqꝫ dixerit poſt quālibet horam diei infraſcriptā orationē: ⁊ in fine illius vnū Pater noſter: ⁊ Aue maria pro felici ſtatu ſue ſanctitatis: ⁊ eccleſie ſancte dei: conſequatur plenariā remiſſionē omniū defectuum in illa hora (humana fragilitate) cōmiſſorum.

Pro ſupplectione defectuum.

¶ Sequitur oratio Sacroſancte: ac indiuidue trinitati: crucifixi Ieſu chriſti domini noſtri humanitati: ⁊ beatiſſime: ac glorioſiſſime virginis Marie fecunditati: ſiue integritati: ⁊ omnium ſanctorum vniuerſitati: ſit ſempiterna laus: honor: virtus ⁊ gloria ab omni creatura: nobiſqꝫ remiſſio peccatorum: per infinita ſecula ſeculorum Amen. Et beata viſcera Marie virginis que portauerunt eterni patris filium: ⁊ beata vbera que lactauerunt Chriſtum dominum. Et poſt vnum Pater noſter: ⁊ Aue maria. pro intentione ſupradicta o. ffo 901. conce 268.

27 ¶ IDEM leo declarando: ⁊ ampliando predictā gratiam conceſſit ꝙ non ſolum ſufficiat dicere ſupraſcriptā orationē: ſcilicet Sacroſancte ⁊c. pro ſupplemento vnius hore quādo dicitur per ſe ſola: ſed etiam omniū horarum que

Pro ſupple-

dicuntur ſemel: ſeu vno contextu: licet aliquis paruus interuallus inter vnā ⁊ aliam fiat. o. ffo. 94. conce. 294. ctione defectuum.

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ religioſi ordinis minorum qui officiū diuinū ſoluerint per librum conſequantur remiſſionem dimidie partis peccatorum cōmiſſorum illa die qua predictum ſoluunt officium. o. ffo. 94. conce. 298. 28 Indulgētie

¶ IDEM Leo fecit duas conceſſiones: ſeu diſpenſationes circa officium diuinum pertinentes ad moniales ſancte Clare: prout habentur ſupra in dictione Moniales. §. 24. ⁊ 25. Vide ibi. 29 Pro moniali. s. Clare.

Aduertendum eſt vltimo circa huiuſmodi materiā officij diuini ꝙ virtute cuiuſdam conceſſionis Leonis decimi ſupraposite. §. 19. fuit in capitulo generali Burgenſi totius ordinis fratrum minorum regularis obſeruantie ordinatum quoddam kalendarium: ⁊ nonnulle regule circa predictum officium facte. Que omnia quia prefata auctoritate apoſtolica facta ſunt: viſum eſt hic illa inſerere ad perpetuam memoriam. Sic enim ⁊ de alijs ſimilibus in alijs capitulis generalibus ordinatis factum eſſe apparet in libris monumentorū ordinis predicti. ffo. 257. tractatu. 2. Et inſup ſic debere fieri viſum eſt: quia poſtꝙ̄ in prefato capitulo predicta ordinatio kalendarij: ⁊ regularum facta: ⁊ impreſſioni data eſt: fuerunt in eodē capitulo nonnulla facta: ⁊ immutata: ⁊ addita que ad paucorum manus deuenerunt. Quapropter iuxta vltimatam ordinationem in dicto capitulo factā: prout ego qui hec collegi vidi ſub litteris autenticis: hic apponere curaui: alio tamen ordine breuiori: ac diſtinctiori: ſicut infra patebit. Collector.

¶ Sequitur prefatio ordinationis kalendarij: ⁊ regularum diuini officij.

Hec eſt ordinatio: ⁊ emendatio in kalendario diuini officij facta p̄ vniformitate ſeruanda: ordinata in capitulo generaliſſimo in prouincia: ⁊ conuentu Burgenſi in Hiſpanijs celebrato anno ſalutis. 1523. in feſto penthecoſtes. In quo reuerēdiſſimus pater frater Franciſcus Angelorum vice reuerendiſſimi patris miniſtri generalis preſidens: rite ⁊ canonice in generalē totius noſtri ſacri ordinis minorū miniſtrū eſt electus: ⁊ aſſumptus. Que quidem kalēdarij ordinatio ab vniuerſo capitulo acceptata fuit. Et ſic de mādato ⁊ auctoritate ipſius reuerendiſſimi patris prenominati: caſſantur: ⁊ irritantur omnes: ⁊ quecunqꝫ alie diuini officij ordinationes ab hoc predicto capitulo in antea facte. Ita vt de cetero nulli prouincie: ſiue conuentui liceat pro quacunqꝫ conceſſione ſibi particulariter facta: aliter diuinum officiū immutare: ſiue quouis alio modo alterare: nec feſta alia cōmuni kalendario ſuperaddere: niſi fuerint a generaliſſimo capitulo tradita: ⁊ de ipſius generaliſſimi capituli mandato recepta: ſub pena tranſgreſſionis: ⁊ inobedientie. Sub qua mandatur omnibus ⁊ ſingulis prouinciarum miniſtris: vt ſub hoc exemplari corrigere faciant omnia kalendaria in ſuis prouincijs: ⁊ prouinciarum conuentibus. Capitulum generale.

¶ In primis ordinatur ꝙ de cetero fiat (more Romane curie) de feſtis etiā ſimplicibus die quo cadunt: reſumendo ſemper relicta feſta diebus vacuis: in quibus videlicet nullum feſtum cadit. 1 De feſtis ſimplicibus.

2 De feſtis cõmemorationis.

¶ Item ſtatuitur (ad vniformitatem in choro ſeruandam in ſingulis prouincijs) ꝙ quando propter aliquod feſtum dedicationis proprie eccleſie: ſiue aliquod aliud feſtum locale: opus eſt diuertere a celebratione feſti tunc in Kalendario occurrentis: fiat de illo ſancto cõmemoratio tantum illa die: ⁊ vltra pro illo anno non reſumendo. Et hoc modo ſeruato: continue fiet in cũctis prouincie locis de vno ⁊ eodem ſancto: ⁊ vniformitas vbiqꝫ ſeruabitur.

3 De ferijs extraordinari.

¶ Item ſtatutum eſt: vt preter ferias in breuiario regulares: vt puta in die Cinerum: et in menſe ſeptembris: fiat de feria in quattuor temporibus aduentus: et quotieſcũqꝫ fuerint laudes proprie aſſignate. Et in quadrageſima ad ponendum capitula propria. Feria ſexta poſt primam dominicam quadrageſime: que habet reſponſorium proprium: ſiue feria tertia poſt quartam dominicam: ſeu ſi magis placuerit: ſabbato poſt ſecundam dominicam quadrageſime: in quibus omnibus eſt reſponſorium proprium. Ac etiam in tota maiori hebdomada. Et hoc intelligitur niſi feſtum impediens: vt duplex: vel aliud occurrat.

4 De feſtis trãſlationum.

¶ Item ordinatur: quod de cetero nulla tranſlatio celebretur in toto ordine: preter beatiſſimi patris noſtri Franciſci: ⁊ ſancti Antonij noſtri. Relinquuntur tamen prouincie: ſiue conuentus in quibus ſunt facte he tranſlationes (vbi forte fieret turbatio: ſiue admiratio ſi eedem tranſlationes non celebrarẽtur) in eorum libertate. Et ſic de alijs feſtis: prout de ſancto Lazaro in prouincia ſancti Lodouici: vbi ab antiquo conſuetum eſt ſub ritu duplicis feſti celebrari.

5 De octauis

¶ Item ſtatuitur ꝙ in dominicis que cadunt infra octauas ſanctorum ordinis: fiat officium dominice in miſſa tantum: cũ cõmemoratione ipſius octaue

¶ Sequuntur regule particulares pro ſingulis menſibus anni.

Pro mẽſe ianuarij 6 ¶ Item ordinatum eſt: vt in octaua Epiphanie dicantur Antiphone: Baptizat miles ⁊c. cum ps. Laudate dominum omnes gentes: in fine.

7 ¶ Item ꝙ quando feſtum Agnetis ſecundo venerit in dominica: cui ipſum feſtum cedit: fiat proxima die vacua.

Pro mẽſe martij. 8 ¶ Item ordinatur: ꝙ fiat de angelis cuſtodibꝰ prima die Martij ſub ritu duplicis maioris.

Pro menſe maij. 9 ¶ Item decreuit capitulum generale vniuerſum: ꝙ octaua aſcenſionis ſub ritu duplicis minoris fiat. Et ꝙ infra octauam eiuſdem non fiat de feſtis occurrentibus: ſed officium virginis Marie in choro dicatur.

10 ¶ Item ꝙ de feſto ſancti yuonis confeſſoris fiat. 19. die menſis Maij: quia re vera tali die ab hac luce migrauit.

Pro mẽſe Julij. 11 ¶ Itẽ ſtatutũ eſt ꝙ feſtum ſancti Bonauenture celebretur dñica ſecũda Julij: iuxta ordinationem domini Sixti pape quarti. Et ꝙ in die octaue eius fiat officium dominice occurrentis: cum cõmemoratione tantum octaue.

12 ¶ Item ſtatuitur: ſeu declaratur: ꝙ in octaua apoſtolorum Petri ⁊ Pauli dicatur Antiphona. Petrus apoſtolus ad magnificat in vtriſqꝫ veſperis: abſqꝫ vlla contradictione.

13 ¶ Item ordinatum eſt ꝙ de feſto viſitationis beate virginis procurent omnes miniſtri ⁊ guardiani habere officium qḋ ordinauit dominus Sixtus quartꝰ: ⁊ illud de cetero ex decreto capituli ab vniuerſo ordine acceptetur. Interea tamen fiat vbiqꝫ vti conſueuerunt.

¶ Item ordinatur ꝙ in craſtino octaue viſitationis beate Marie: fiant ⁊ celebrentur dedicationes omnium eccleſiarum ordinis. 14

¶ Item ꝙ feſtum ſancti iacobi fiat duplex maius in Hiſpanijs. 15

¶ Item ordinatum eſt: vt feſtum inuentionis ſancti Stephani fiat ſolẽne generale. Pro mẽſe auguſti. 16

¶ Item ſtatuitur ꝙ in feſto ſacrorum ſtigmatum beati patris noſtri Franciſci fiat officiũ proprium: quod cõmuniter in breuiarijs habetur. Pro mẽſe Septẽbris. 17

¶ Item ordinatũ eſt ex decreto capituli vniuerſi vt infra octauaꝫ beati patris noſtri Franciſci dicatur officium beate virginis marie in choro. Pro mẽſe octobris. 18

¶ Item decretum eſt ab omni capitulo generali: vt feſtum ſanctorum ſeptem martyrum ſacri ordinis noſtri: fiat tertiadecima die menſis Octobris ſub ritu duplicis maioris: et ꝙ dicatur propria legenda que habetur in libro cõformitatum. 19

¶ Item decretum eſt vt in feſto vndecim millium virginum fiat officium virginum. Et ſic declaratur per capitulum: ad remouendam ambiguitatem illorum qui volunt facere officium plurimorum martyꝝ virorum. 20

¶ Item capitulum generale declarauit: ꝙ infra octauam omniũ ſanctorũ debet dici officium beate marie virginis: more antiquo. Pro mẽſe nouẽbris. 21

¶ ITEM ordinatum eſt in vltima correctione per generalem ⁊ diffinitores capituli generalis: vt feſtum ſancte Barbare fiat ſimplex: licet antea eſſet duplex. 22 Pro menſe decembris

¶ Item ordinat ⁊ decreuit capitulum vniuerſum: ꝙ in toto ordine ad vniformitatem ſeruandam dicantur hee Antiphone ad Commemorationes ſanctiſſimi patris noſtri Franciſci: videlicet in matutinis Antiphona Sancte Franciſce ⁊c. in veſperis. Salue ſancte pater ⁊c. Et in completorio. Celorum candor. ⁊c. 23 De commemoratiõibꝰ s. Franciſci.

¶ Item ad cõmemorationes ſanctorũ noſtri ordinis dicatur in veſperis. Antiphona. Frãciſci floret hortulus. ⁊c. Et in matutinis. Vos ſancti dei incliti ⁊c. cũ verſu. Orate ſancti omnes: ⁊ oratione. Deus qui ſacram religionẽ ſeraphici Franciſci decorare dignatus es triumpho duodecim martyrum pro chriſto occiſorum: puriſſimiſqꝫ pontificibus Lodouico ⁊ Bonauentura: ac feruẽtiſſimis Jeſu preconibus Antonio: atqꝫ Bernardino cum virgine clara: preſta queſumus: eorum interceſſionibus preſentia vitare pericula: ⁊ ad gaudia peruenire ſempiterna. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen. 24 De commemoratiõibꝰ s. ordinis.

¶ Item eſt notandum ꝙ in tota ordinatione kalendarij nuper in predicto capitulo facta: fuerunt nonnulla alia immutata: ſcilicet vt feſta ſequentia: ideſt Agathe: Margarite: Undecim millium virginum: Cecilie: Lucie: ac feſtum apparitionis ſancti Michaelis menſis Maij: que omnia ex indultis apoſtolicis facta fuerunt duplicia: de cetero ſint ſemiduplicia. Collector 25

¶ Item ꝙ feſtum ſancti Iſidori epiſcopi ⁊ confeſſoris fiat ſimplex. 4. die Aprilis. Et ꝙ feſtum ſancti Egidij abbatis fiat prima die Septembris non tranſfertur. 26

¶ Item ꝙ vlterius non fiat de ſanctis ſequentibus ſcilicet Dorothea: Juliana. Longino: Patricio: ⁊ Nicolao de Tolentino: quia non ſunt de kalẽdario Romano.

¶ Reliqua omnia in kalendario contenta manent vt prius erant.

Oracula viue vocis.

1 Leo. 10. cõceſſit ꝙ fratres mi. regularis obſer. ſecura cõſciẽ-
tia poſſint vti oĩbus conceſſis a ſede apoſtolica: ꝛ Ro-
manis pontificibus: ſiue per bullas: aut breuia: aut viue vocis
oracula: prout in libris ordinis reperiũtur: ac ſi omnia ſpecifi-
Nota. ce fuiſſent tunc expreſſa. Et pro maiori conſcientiarum ſecurita-
te: omnia de nouo conceſſit. O. ffo. 58. conce. 161

2 De valore oraculorum. ¶ IDEM leo conceſſit ꝙ non ſint minoris efficacie: ꝛ valoris viue vocis ora-
cula: quã ſi per bullam: aut breue ad perpetuam rei memoriam eſſent cõceſſa.
Et hoc in foro conſcientie tantum. O. ffo. 58. conce. 161.

3 De ſuſpẽſione oraculorum viue vocis. ❡ IDEM leo informatus ꝙ ſunt nõnulla viue vocis oracula ꝯceſſa ordini
fratrũ minoꝝ quoꝝ aliqua aliquibus tꝑibus fuerũt vtilia: ſed forte pſentib
nõ ſunt: nec futuris erũt. Ac preterea aliqua ſunt in aliquibus locis neceſſaria:
ꝛ aliqua nõ: conceſſit vt nõ ſolũ generalis in ſuo generali capitulo: ſed etiã ꝗ-
libet prouincialis in ſuo prouinciali capitulo de cõſenſu eiuſdẽ capituli: vel
maioris partis: declarare poſſit: ꝛ valeat vtrũ ab vſu alicuius cõceſſiõis viue
vocis oraculo facte abſtineri debeat. Poſtquã quidẽ declarationez tã fratres:
quã moniales: ac ſi conceſſio hmõi per ſuã ſanctitatẽ ſuſpenſa vel reuocata fu-
iſſet: cõceſſione eadẽ impoſterum nõ vtantur. O. ffo. 94. conce. 296.

Ordines ſacri.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

Collector. ❡ Circa ordines ſacros duo principalia cõtinentur in priuilegijs fratrũ mi.
❡ Et primo ſunt aliqua que reſpiciunt perſonas fratrum qui debẽt ad huiuſ-
modi ordines promoueri: ac etiam ad promouentes. Et hec habetur infra. §. 1.
ꝛ 2. et. 5. ¶ Scdo ſunt aliqua que tangunt etiam perſonas ordinandorum ſci-
licet qualiter poſſint circa etatez diſpenſari: ac de ſufficiẽtia examinari. Et iſta
ſpecialiter continentur. §. 3. ꝛ. 4.

1 Epiſcopi. Clemens. 4. cõceſſit licentiã: ꝛ liberã facultatẽ ad
hoc vt fratres minores promoueri poſ-
ſint ad ordines ſacros ꝑ quoſcũqꝫ catholicos epiſcopos: cõ-
munionẽ ꝛ gratiã ſedis apoſtolice habẽtes. Et hoc abſqꝫ ali-
qua examinatione ꝑ huiuſmodi epos faciẽda: ꝛ abſqꝫ om-
ni promiſſione vel obligatione ipſorũ ordinandorũ fratruꝫ.
B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 312. Et ffo. 96. conce 321.

Collector ¶ Aduerte ꝙ circa predicta fuit poſtea aliter ordinatũ: prout patet infra. §. 5.

2 Epiſcopi Sixtus. 4. conceſſit qd quilibet catholicus epiſcopus poſſit celebrare
ordines ſacros temporibus ad hoc ab eccleſia deputatis in lo-
cis fratrũ minorum de obſeruantia: pro fratribus predictis dũtaxat. o. fo. 63.
Et ffo. 67. conce. 106. ❡ Uide circa predicta infra. §. 5.

3 Diſpẽſatio. Innocentius. 8. fecit duas diſpenſationes circa tempus etatis ꝓ-
mouendorum ad ſacerdotium: que habentur ſu-
pra in dictione Diſpenſatio. §. 14. et. 15.

4 Diſpẽſatio. Julius. 2. fecit quandã diſpenſationẽ fratribus ordinis minimorum
ſimiliter circa tẽpus promotionis ad ordinem ſacerdotij: que

poſita eſt in dictione Diſpenſatio. §. 21.

Leo. 10. in concilio Lateranenſi ſtatuit: ꝙ fratres ad ordines promouen- 5
di poſſint per ordinarios de grãmatica: ꝛ ſufficientia examinari: ꝛ Examinatio ordinãdoꝝ.
ꝙ dũmmodo competenter reſpondeant: per eoſdem ordinarios debeant libe-
re admitti. ¶ Ac etiã ſtatuit ꝙ nullatenus in eorum eccleſijs: aut domibus vel
alijs predictorum fratrũ locis: ab alio ꝙ̃ a dioceſano epiſcopo promoueri ad Epiſcopi.
dictos ordines debeãt: niſi prius ipſo dioceſano epiſcopo vel eius vicario ſu-
per hoc (cum debita reuerentia) requiſito: ꝛ abſqꝫ rationabili cauſa contradi-
cente vel eo a dioceſi abſente. B. ffo. 26. conce. 78.

¶ Aduerte ꝙ in foro conſcientie non tenentur fratres mi. obſer. ad hmõi ſta- Collector.
tutum: ſicut nec ad alia in predicto concilio contra eorum priuilegia ordinata
vt habetur ſupra in dictione Concilium in. §. 7.

❡ IDEM Leo ſtatuit ꝙ quandocũqꝫ aliquis frater laicus ad clericatũ aſcẽ- 6
derit extra obedientiam prelatorum ordinis: etiam ſi vſqꝫ ad ſacerdotiuꝫ ꝓ- De laicis fratribus promotis.
motus ſit: poſtq̃ꝫ reuerſus ſit: omni honore clericali priuetur: prout latius po-
ſitum eſt ſupra in dictione Laici fratres. §. 4. Et ibidem inferius ponunt mul-
ta circa predicta.

Ornamenta eccleſiaſtica.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

¶ Aduertendum ꝙ priuilegia fratrum minorum: ſeu ſtatuta que loquuntur Collector.
de ornamentis eccleſiaſticis ſunt bipartita. ¶ Aliqua enim ex ipſis tangũt pau-
pertatem quam fratres minores circa huiuſmodi ornamenta debent habere.
Et hec habentur infra. §. 1. ꝛ. 2. ꝛ. 4. ꝛ. 7. ¶ Alia autem concernunt vſum: ꝛ ta-
ctum eorũdem ornamentorum. Et iſta continẽtur in. §. 3. ꝛ. 5. ꝛ. 6. ꝛ. 8. ¶ Reli-
qua vero que pertinent ad benedictionem huiuſmodi ornamentorum: vide
ſupra in dictione Benedicere in multis. §.

Clemens. 5. in declaratiõe regule fratrũ mino. q̃ inci- 1
pit Exiui de paradiſo ꝛc. voluit ꝛ mandã- Paupertas.
uit fratrib9 ꝑdictis: ne habeãt niſi paramẽta: ꝛ vaſa eccleſiaſti-
ca decentia in numero: ꝛ in magnitudine ſufficiẽtia cõpetẽter.
Quia ſuperfluitas: aut nimia ꝑcioſitas: vel quecũqꝫ curioſitas
in hijs ſeu alijs quibuſcũqꝫ: nõ poteſt ipſoꝝ ꝓfeſſioni: vel ſtatui
cõuenire. B. fo. 15 in tractatu. 3. Et ffo. 16. ſecundo tractatu.

Calixtus. 3. remiſit omnem exceſſum in paramẽtis factuꝫ vſqꝫ in il- 2
lum diem: ꝛ ſuſpirãs dixit ꝙ prouideret ne in futurũ ta- Paupertas.
les exceſſus fierent. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 89.

¶ IDEM calixtus cõceſſit ꝙ fratres laici poſſint tãgere calices: ꝛ lauare cor- 3
poralia: ꝛ alia ornamẽta eccliaſtica cũ expedierit. o. fo. 62. Et ffo. 65. conce. 91. Fratres laici
❡ Aduertẽdũ eſt circa ꝑfatã cõceſſionẽ: ꝙ quidã cõmiſſarius curie ignorãs Collector.
hmõi cõceſſionẽ vel oblitus illius impetrauit aliã cõceſſionẽ valde ſtrictã ſo-
lum ꝓ illis laicis fratribus qui ſunt ſocij gñalis: aut ꝓuincialiũ miniſtrorum:
prout ſupra poſitũ eſt in dictiõe Laici fratres in. §. 3. Sed iſta cõceſſione nõ ob-
ſtante poſſunt fratres hmõi vt ſupraſcripta cõceſſione: q2 nõ reperit reuocata.

Sixtus. 4. conceſſit: ꝙ fratres mino. poſſint tuta conſcientia tenere ꝛ 4
recipere paramenta argẽtea: ꝛ aurea: ꝛ alia ad diuinum cul- Paupertas.

tum pertinentia: ꝛ habere cāpanas magnas: ꝛ diuerſas. Sed hoc qñ caplo ꝓuinciali viſum fuerit poſſe ſine ſcandalo fieri. o. fo. 63. Et ffo. 67. conce. 103.

Collectoꝛ. ¶ Cauendū eſt ab hmōi cōceſſione: ſaltem ꝓ talibus rebus recipiēdis in futurū: qꝛ ꝓpter conſimilia relaxaꝶ: ꝛ deſtrueꝶ paupertas ꝓmiſſa in regula.

5 ℭ IDEM ſixtus conceſſit: vt poſſint predicti fratres ſecura conſcientia veſtes: ꝛ pannos ꝓphanos in paramenta: ꝛ alios vſus eccleſiaſticos conuertere. o. ffo. 69. conce. 144. Et ffo. 97. conce. 344.

6 Moniales. ¶ IDEM ſixtus fecit quandam conceſſionem monialibus ſancte Clare: ac tertiarijs vt poſſint tāgere: ꝛ lauare oꝛnamēta eccleſiaſtica: exceptis coꝛpoꝛalibus: que poſita eſt ad longum in dictione Coꝛpoꝛalia. §. 3.

7 Paupertas. Leo. 10. declarauit ꝛ decreuit ꝙ fratres minoꝛes ſunt tantum cuſtodes: ꝛ non poſſeſſoꝛes paramētoꝛum: ꝛ oꝛnamētoꝛum: ac vaſoꝛuꝫ que ad miniſterium ſacramenti altaris habent: ꝛ propterea illis abſqꝫ ſue profeſſionis macula: aut violatione vti: ꝛ potiri: libere: ꝛ licite poſſe: cuꝫ deceat iuxta ſolēnitatum celebꝛitatem: decētioꝛibus paramentis diuinam honoꝛare mageſtatem. B. ffo. 15. conce. 54.

Collectoꝛ. ¶ Aduerte ꝙ huiuſmodi conceſſio eſt relaxatiua ꝛ diſſipatiua paupertatis: ſicut ſupꝛapoſita in. §. 4. quapꝛopter nō expedit vti illa: pꝛeſertim quia aduerſatur determinationi Clementis ſupꝛaſcripte. §. 1.

8 ¶ IDEM leo fecit in hmōi materia quandā eximiā ꝯceſſionē omnibꝰ ꝓlatis fratrū mi. obſer. q̄ poſita eſt ſupꝛa in dictiōe Benedicere eccliaſtica. §. 12.

Pacta.

Collectoꝛ. ℭ Circa pacta inita per fratres minoꝛes ꝛ alios quoſcūqꝫ: ſunt nonnulla ſtatuta: ꝛ cōceſſa per ſummos pontifices: que poſita ſunt ſupꝛa in dictione Conuentiones. Uide ibi.

Paramenta eccleſiaſtica.

¶ De attinētibus ad paramēta eccliaſtica dictū eſt ſuperiꝰ in dictiōe Oꝛnamēta: ꝛ latius in dictione Benedicere eccleſiaſtica in multis. §. Uide ibi.

Parentes fratrum.

1 Indulgētia plenaria. Collectoꝛ. Calixtus. 3. cōceſſit indulgētiam plenariā ꝓ patribꝰ matribuſqꝫ fratrū mi. ꝓſentiū: ꝛ fu uroꝝ: ꝛ etiā defunctoꝝ in purgatoꝛio exiſtētiū. o. ffo. 65. ꝯce. 90. Et ffo. 101 cōce. 397. ℭ Circa pꝛefatā ꝯceſſionē vide declarationē ſuperiꝰ poſitā in dictione Indulgētie quo ad ſeculares. 8. in. §. 1.

Parrochia.

1 Reuocatio. Alexander. 4. reuocauit decretū Innocētij. 4. quo ꝓhibebaꝶ ne fr̄es mi aut alij qcūqꝫ religioſi reciperēt ad diuina parrochianos alienos in diebꝰ dn̄icis ꝛ feſtiuis in ſuis eccleſijs ꝛ oꝛatoꝛijs. B. ffo. 102. conce. 214.

2 Reuocatio. ℭ IDEM alexāder qꝛ nōnulli pꝛelati eccliaſtici nō curabant de ſupꝛadicta reuocatione per euꝫ facta: dedit ſuper illā litteras executoꝛiales. B. ffo. 102. conce. 115.

3 Quid ſit pꝛeiudiciuꝫ eccleſiaꝝ parrochialium. Sixtus. 4. declarauit: ꝙ parrochialiū eccleſiaꝝ ꝓiudiciū quod debēt fratres carmelite: ac fratres mi. ꝛ alij mendicantes ꝑ cōicationem euitare celebꝛando ꝛ ꝓdicando in domibus ſuis vel extra: etiā in plateis communibus: intelligendū eſt ſolum de decimis ꝛ pꝛimitijs: que a laicis ſolent clericis exhiberi. B. fo. 102. Et ffo. 185. conce. 465.

¶ Uide circa iſtam conceſſionem infra in dictione Pꝛedicatoꝛes. §. 10.

4 Pꝛohibitio. Sepultura. Leo. 10. in cōcilio Lateranenſi ſtatuit: ꝙ nulli religioſoꝝ parrochias cū cruce ad leuāda coꝛpoꝛa eoꝝ qui apud eccleſias domoꝝ ꝛ locoꝝ eorūdem religioſoꝝ ſuā legerūt ſepulturā: intrare poſſint: niſi pꝛius ꝓmonito ꝛ requiſito: ac recuſante parrochiano pꝛeſbytero. Et tunc ſine eius ac oꝛdinarij ꝓiudicio: niſi eiſdem fratribus ſup hoc antiqua cōſuetudo que ſit in viridi obſeruantia: ꝛ cum pacifica poſſeſſione ſuffragetur. B. ffo. 26. conce. 76.

Paupertas.

¶ Diſtinctio materie paupertatis.

Collectoꝛ. ℭ Quo ad materiā paupertatis ſunt multa ꝛ varia cōceſſa: ꝛ diſpoſita in pꝛiuilegijs fratrū mi. que ſubſequēti oꝛdine diſtingui poſſunt. ℭ Pꝛimo nāqꝫ inueniuntur aliqua in cōmendationē ac laudē hmōi paupertatis: necnō etiā in defenſionē illius. Et iſta ponunꝶ hic infra. §. 1. ꝛ. 2. ꝛ. 4. Et in dictione Bona. §. 8. ¶ Secundo reperiuntur cōplura ſpectātia ad ea que pꝛefati fratres acquirere: ſeu recipere: ac poſſidere poſſunt. Hec autem ponuntur ſub varijs dictionibus huius compendij. ſ in dictione Bona. §. 2. ꝛ. 3. ꝛ. 4. ꝛ. 6. ac. 12. Et in dictione Commutare. Et in dictione Elemoſine in. §. 1. vſqꝫ ad. 4. ꝛ in. 14. cum ſtatutis generalibus ibidē additis. Et infra in dictione Poſſeſſiones. §. 1. Sed in ſpeciali quo ad illa que relinquunꝶ fratribus ꝓdictis in teſtamētis habetur ſupꝛa in dictione Hereditas. §. 2. ꝛ. 4. ꝛ. 5. ac. 6. cum ibi notatis. Et in dictione Legata. Et magis in particulari quedā pertinentia ad res cultui diuino dedicatas: cōtinentur in dictiōe Edificare. §. 3. Et in dictione Oꝛnamenta eccleſiaſtica. §. 1. ꝛ. 2. ꝛ. 4. ac. 7. ¶ Tertio in ꝓdictis pꝛiuilegijs reperiuntur aliqua que reſpiciunt diſpoſitionē rerum quas hmōi fratres poſſident: ꝓſertim quo ad res viles ꝛ parui valoꝛis. Et de hoc dictum eſt ſupꝛa in dictione Dare ac in dictione Declarare. ¶ Quarto ſunt aliqua que ſpecialiter cōcernunt denarios vel pecuniam. Et quo ad iſtud ponitur in fine huius dictionis Paupertas: quoddam dubium notabile cum ſua deciſione: pꝛout ex declarationibus apoſtolicis ꝛ ſanctoꝛum expoſitoꝛum elicitur.

1 Pro fr̄ibus ꝓdica. ꝛ mi. Alexander. 4. declarauit: ꝙ mēdicitas fratrū mi. ꝛ ꝓdicatoꝝ eſt meritoꝛia: ꝛ ꝙ poſſunt elemoſinas petere ac recipe a fidelibꝰ: nō obſtante quacūqꝫ cōtradictione b. fo. 15. Et ffo. 25. conce. 15.

2 Nicolaus. 3. in declaratione regule fratrū mi. determinauit: ꝙ pauꝑtas ꝓdictoꝝ fratrū q̄ abdicat ꝓꝓꝛietatē oīm rerū tā in particulari q̄ etiā in cōi ꝓpter deuꝫ: eſt meritoꝛia ꝛ ſancta: quā ꝛ xp̄s viā ꝑfectionis oſtēdens: verbo docuit: ꝛ exemplo firmauit. Et circa hoc dicit ibidē multa alia notabilia. B. fo. 5. in. 2. trac. Et ffo. 7. arti. 1. in. 2. tractatu.

3 Martinus. 5. cōmiſit cuidā cardinali pleniſſime ſuā auctoꝛitatē: vt pꝛeſideret caplo generali fratrū mino. in ciuitate Aſſiſij

celebrando: vbi prefatus cardinalis reualidauit declarationem Nicolai.3. quo ad articulū paupertatis: ſub forma ſequenti. ¶ Item quo ad votū paupertatis .i. viuendo ſine proprio: ⁊ ꝙ fratres nihil ſibi appropriēt: ſtatuimus ⁊ ordinamus illud incōcuſſe tenendū quod felicis recordationis

Nota. Nicolaus.3. declarauit in ſua decretali: extra de verboꝝ ſignificatiōibus Exijt qui ſeminat: libro 6.a.§. porro: ſucceſſiue: ⁊ ſeriatim per ordinem vſqꝫ ad.§. Uerum qꝛ expreſſe cōtinetur in regula.⁊c. Et ꝙ quilibet cōuentus habeat ſuū procuratorē ſm declarationē ⁊ priuilegiū dn̄i Nicolai.3. ⁊ Martini.4. ⁊ S. dn̄i patris ⁊ domini domini Martini quinti. Hucuſqꝫ verba prefati cardinalis in cōſtitutionibus Martinianis poſita. ¶ Poſtea predictus Martinus confirmauit oīa per dictū Cardi. in prefato caplo facta. ℭ Cōmiſſio ſupradicta habet̄. ſ ffo.84.⁊c. 245. ¶ Reualidatio aūt cōtinet̄ i ꝯſtitutiōibꝰ ordis mi. q̄ appellant̄ Martiniane in cap.1.fo.231.tra 3. ℭ Cōfirmatio vero exiſtit.b.fo.38. Et ffo.36.⁊ce.41

4 ¶ IDEM Martinus fecit quandā conceſſionē cōtra ꝯſtitutionē que incipit Ad cōditorē per Joannē.22. editā: prout habetur infra in dictione Procuratores fratrum ſeu Syndici.§.7. Uide ibi.

Collector. ℭ Aduertēdum eſt ꝙ in caplo generali Meclinēſi: vbi tertio electus eſt in generalem Reuerendus pater clare memorie frater Oliuerius maillardi facte ſūt circa paupertatem nonnulle declarationes: prout ſequuntur.

Declaratio capli gn̄alis. ℭ Caplm generale declarauit: ꝙ papa Joānes.22. reuocauit ante mortē ſuā quidquid dixerat: ſeu fecerat cōtrariū eccleſie ⁊ determinationi romanorum pontificum. Quare conſtitutiones quas fecerat contra noſtras declarationes ſcilꝫ Nicolai.3. ⁊ Clemētis 5. nullius ſunt roboris vel momēti. Habetur hoc fo.227. in tractatu.3. Et ffo.246. tractatu.2.

Altera declaratio. ℭ Caplm gn̄ale declarauit ꝙ duplex eſt ius vtēdi. ſ. ius vtēdi .i. licite vti. Et ſic vtimus obſeruātini fratres. Et ſilr ius vtēdi .i. dn̄iū rei habere: vel auctoritatē exigēdi imediate habere. Et iſto modo nō habemꝰ alicuiꝰ rei ius vtendi: nec habere poſſumus. Habet̄. fo.228. in tractatu.3. Et ffo.247. in tractatu.2.

Alia declaratio. ¶ Itē fuit declaratū in ꝑdicto caplo ꝙ licitū eſt fratribꝰ hoſpitari in domo relicta ab aliquo defuncto alicui viuēti hac cōditione vt ibidē hoſpitētur fratres ⁊ ſibi ꝓuideat̄ de vtenſilibus. Habet̄ fo.227. in trac.3. Et ffo.246. trac.2.

Alia declaratio. ¶ Inſup eſt aduertēdū ꝙ in caplo gn̄ali celebrato i cōuētu Brugenſi: vbi fuit electꝰ.14. vicariꝰ gn̄alis declaratū eſt ꝙ pena ꝓprietarij q̄ aliqn̄ ponit̄ in cōſtitutiōibꝰ: eſt pena ꝓuatiōis actuū legitimoꝝ ⁊ canonice ſepulture. Et pro laicis ꝓuatio vocis actiue ⁊ paſſiue: ac viſitationū i iudicio hētur. fo.225. ⁊ ffo.224.

Collector. ¶ Ulterius circa hmōi materiā paupertatis inqꝫtum tangit receptionē: aut delationem denariorum: eſt notanda deciſio cuiuſdam dubij prout ſequitur.

Dubiū notabile circa burſarios. **Dubitatur** an vniuerſaliter ſit illicitū fratribus mi. regula obſer. burſariū per viam ducere. ¶ Et videtur ꝙ non: qꝛ Nicolaus.3. ⁊ Clemens.5. in declarationibus regule dicunt ꝙ pro ſimilibus cauſis prout ſunt contente in regula. ſ. pro infirmis curandis ⁊ alijs fratribus induendis poſſunt fratres recurrere ad amicos ſpirituales: ſiue ſint dantes pecunias: vel deputati per ipſos ſiue nūtij: aut depoſitarij: ſeu quouis alio nomine appellentur. Sed neceſſitas itineris videtur eſſe talis ſicut prefate neceſſitates expreſſe in regula. ergo.⁊c. ℭ In oppoſitum tamen videntur facere multa. ℭ Primo: qꝛ de hoc in concilio Conſtantienſi a fratribus procurantibus

bus reformationē religionis aduerſus trangreſſores ſpecialis reclamatio factā eſt: vt habetur. fo.165. in.2. tractatu. ¶ Scdo qꝛ auctor tractatus qui dicit̄ Serena conſcientia: qui fuit natione Italus allegans Aluarum hiſpanum libro.2. de planctu eccleſie: dicit ꝙ nō poſſunt huiuſmodi burſarij duci: niſi fratres irent per regiones vel partes inhumanas: ac ex vera obedientia: ⁊ pro licitis negotijs religionis: ⁊ vbi eſſet valde veriſimile ⁊ expertum ꝙ nō poſſet inueniri eleemoſina eſcibilis mendicādo. Addens ꝙ ſolum in neceſſitate ineuitabili: ⁊ valde probabili poſſunt duci: qꝛ alias patres noſtri ordinis ſemper euitarunt. ¶ Tertio qꝛ per Ubertinū in libro Uite chriſti abſolute hoc reprobatur ⁊ dāpnatur. ¶ Quarto principaliter: quia ſanctus bernardinus in tractatu quē cōpoſuit de caſibus in quibus frater minor poteſt dici: ſeu efficitur ꝓprietariꝰ aſſignauit hunc caſum abſqꝫ aliqua limitatione. ¶ Quinto quia ſanctus bonauentura in expoſitione regule noſtre ait: ꝙ perfectio euangelica etiam in itinere eſt obſeruanda. Ita vt nullum depoſitum pecunie habeatur ab his qui ꝑfectionis regulam imitantur: licet tamen quando per inhoſpitales regiōes fratres iter agerent: plura viatici cauſa liceat portare. Et hoc eſt quod ſupra licere diximus in neceſſitate ineuitabili: que cum ſit extrema: omni lege caret: vt eſt notum. Igitur.⁊c.

¶ Pro reſponſione ad queſitū eſt notandū ꝙ vt apparet per dictas declarationes: duo copulatiue requiruntur ad hoc vt recurſus ad amicos ſpirituales.⁊c. licite fieri valeat. Primum eſt cauſa iuſta ⁊ neceſſaria. Secundum eſt obſeruatio modificationum ibidem poſitarum. Quorum altero deficiente dictus recurſus: ſub peccati mortalis pena prohibitus eſt. Et quia in itineratione per terras chriſtianoꝝ communiter: nec vix vnquā inuenietur cauſa: ſeu neceſſitas ſufficiens (vt continua experientia euntibus a partibus remotiſſimis ad curiā romanā: ⁊ ad capitula gn̄alia diu diſtātia oſtēdit) ideo talis delatio burſarioꝝ eſt illicita. ℭ Nec obſtat dicere: ꝙ ducendo equos: ac iter faciendo curſim: ⁊ multi inſimul: expertū eſt ꝙ indigent dictis burſarijs. Quia qui ſic iter faciūt ipſimet pro ſuo libito ſe ponunt in tali neceſſitate: que tamen vere: ſeu proprie neceſſitas appellari nequit. Nā luce clarius eſt ꝙ poſſunt: ⁊ adhuc cum maiori religioſitate: icedere pauci iunctim: vtputa duo vel quattuor. Et ducere iumenta humilia exēplo ſaluatoris noſtri: ⁊ ſanctorū: preſertim ſeraphici pr̄is noſtri Frāciſci: qui chriſti veſtigia ſectati ſunt. Ac etiā ſic ordinare iter ſuū vt nō ſit opus curſoꝝ inſtar ambulare. Et inſup qꝛ iuxta textū regule noſtre debent ire oſtiatim ꝓ eleemoſina cōſidēter. Niſi forte (qḋ abſit) vellēt vt magni abbates comedere laute. Qḋ quā alienū imo cōtrariū ſit nr̄e ꝓfeſſioni: ꝓſertim qn̄ per pecuniā procuratur: nullus qui hmōi ſtatus aliqualē noticiā habeat: ignorat. Ac propterea prefati reprobatores burſarioꝝ nō imerito partē oppoſitā tenuerūt. ℭ Preterea hoc idē ptꝫ: qꝛ nō ſolū cauſa: ſiue neceſſitas vera debet interuenire pro hmōi recurſu licite faciēdo (q̄ neceſſitas vt predictū eſt: vix continget fratri. mi. iter faciēntibus: ſicut boni fratres iter facere debent: ac vt ſue regule obſeruatores incedētes:) ſed etiā multe modificationes requirūtur: prout plurie de in tractatu qui dicitur Speculū fratrū minoꝝ in articulo pecunie continetur q̄ in hoc caſu nullatenus bene obſeruari poſſunt. Quas modificatiōes cū legeris: liquido videbis reprobationē burſarioꝝ eſſe verā: atqꝫ iuſtiſſimā.

Rn̄ſio ad dubium.

¶ Preterea quero: quonam modo poterunt tales oſtendere cunctis: in dictis

pecunijs nihil habere(ſicut dicit Clemens ꝙ oſtendere debent) taliter vt ſiniſter oculus non poſſet preſumi contra ipſos. ¶ Itē quō euitabūt nō ſolū malū ſed etiā ſpeciē mali: prout euitare aſtricti ſunt a lege diuina. ¶ Itē qualiter habebūt teſtimoniū ab his qui foris ſunt: imo quō euitabūt ſcandalū proximorꝫ qđ ex hoc ꝗ pluribus datur: cū dicat apoſtolus. Si frater meus ſcādalizatur carnes nō māducabo in eternū. ¶ Et inſuper quoniā pacto ſatiſfaciēt puritati voti paupertatis obſeruādo ꝙ nō precipiāt quō aut qualiter pecunia expēdatur: nec de expenſa cōpotū exigāt: ⁊ abſtinebūt a qualibet ↄtractatiōe: vſu ⁊ adminiſtratione ⁊ diſpenſatione pecunie: put hec etiā dicti pontifices cauēda oīno eſſe dicunt: ⁊ precipiunt. ¶ Itaqꝫ pro firmiſſimo ⁊ indubitabili tenendum eſt: ꝙ extra caſum extreme neceſſitatis (que nulla lege aſtringitur) nullatenus burſarij duci licite poſſunt: ſicut prefati doctores tenent. ¶ Nec obſtat primo adductum ex declaratione Clementis: q2 ex verbis: ⁊ ex ſenſu verborū hmōi declaratiōis apparet iſtā fuiſſe intētionē eius: per ea que imediate allegata ſūt. Et preſertim cum non ſolum precipiat vt ſit neceſſitas que aliter prouideri nequeat: ſed etiam ꝙ ſeruentur predicte modificationes. ¶ Non obſtat etiam dicere ꝙ forſan non ita integre in aliquibus conuentibus obſeruantur modificationes: que cum burſarijs dictum eſt debere obſeruari: quia vnum peccatum non excuſat aliud: nec culpa illius maior: alleuiat meam minorem: nec minus ardebunt: imo amplius: qui cū multis ꝗ ſi ſoli in igne infernali eſſent. A quo nos liberare dignetur qui cum diues eſſet: pro nobis egenus fieri dignat⁹ eſt: noſqꝫ vt ſibi aſſimilaret: in camino paupertatis elegit.

Collector ¶ Reliqua ptinentia ad paupertatis materiā reſpectu fratrū mino. habentur latiſſime in declarationibus apoſtolicis regule predictorū fratrū: quas fecerūt Nicolaus 3. ⁊ Clemēs. 5. Sed clarius cōtinētur in quoddā tractatu intitulato Speculū fratrū minorū per reuerendū patrem fratrē ioannem de argomanes: quondam prouincialem prouincie ſancti iacobi luculenter editum. Et pſertim in hijs que attinent ad pecuniam: habetur ibidem per optime prope finem eiuſdem tractatus. Videat ergo ibi qui voluerit eſſe bonus pauper euangelicus: ⁊ paupertatis in regula fratrum minorum contente obſeruator.

Portio canonica.

Collector ¶ Qualiter fratres mino. necnon ⁊ alij mendicantes: non tenentur ſoluere prelatis eccleſiarum aliquam portionem canonicam: poſitum eſt ſupra in dictione Canonica portio. vide ibi.

Poſſeſſiones fratrum.

Collector ¶ Circa bona que poſſident fratres mendicantes: ⁊ moniales eorum cure cōmiſſe: dictum eſt in dictione Bona. Sed vltra illud additur hic aliquid quo ad fratres minores.

1 Jcolaus. 3. in declaratiōe regule fratrū mi. ſtatuit ⁊ declarauit: ꝙ oīm rerꝫ qbus vtūtur pdicti fratres ius ⁊ dn̄iū pertineat ad ſummū pōtificē: ⁊ eccliā romanā: vtpote vtēſiliū: ⁊ librorꝫ: ac eorꝫ mobiliū quorꝫ vſum facti licet hmōi fratrib⁹ habere: dū tamē qui pdictas res dedit non reſeruauerit ſibi dominium. B. fo. 6 in tractatu. 2. Et. ffo. 8 in tractatu. 2.

Innocentius. 8. fecit quandā diſpenſationē fratribus predicatoribus obſer. congregationis hiſpanie circa poſſeſſiones vt habetur ſupra in dictione Diſpenſatio. §. 17. 2

Julius. 2. fecit quandam conceſſionem magnam fratribus Auguſtinēſibus: circa eorum bona ⁊ poſſeſſiones: que poſita eſt ſupra: in dictione Bona. §. 10. 3

Leo. 10. precepit omnibus chriſtifidelib⁹. vt nemo bona ordinis fratrū Auguſtinenſium audeat occupare vel vexare: quod tam de pſonis 4 predictis ꝗ de locis: conuentibus: poſſeſſionibus: ⁊ alijs quibuſcunqꝫ rebus ad loca perſonaſue pertinentia intelligi voluit: ſiue pecunia: ſiue mobilia illa ſint. Et voluit ꝙ ſi vexantes: vel occupātes (poſtꝗ a predictis fratribus fuerit moniti) non integre infra tridui ſpacium omnia reſtituerint: aut vexare omnino deſtiterint: excōicationis ſententiam incurrant: a qua abſolui: niſi a ſede a- Excōicatio. poſtolica: ⁊ in mortis articulo non poſſint. b. ffo. 122. conce. 558.

Predicatores verbi diuini.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

¶ Notandū eſt ꝙ oīa que in priuilegijs fratrū continentur reſpectu predicatio- Collector num ⁊ predicatorū: ſunt in triplici differentia. ¶ Quedam enim reſpiciunt facultatem quam fratres predicaturi habere debent. Et hec continentur infra in §. 1. ⁊. 4. et. 5. et. 8. ⁊. 10. ¶ Alia cōcernunt prohibitionem prelatorum eccleſiaſticorꝫ ⁊ nōnullorū etiam fratrū. Et iſta habētur in. §. 3. ⁊. 9.

¶ Reliqua vero ſunt in cōmendationem: ⁊ fauorē dictorum fratrum actu predicantiū. Iſta autē ſunt duplicia. Nā aliqua reſpiciunt proprie ſuas pſonas. Et hec habentur infra. §. 2. ⁊. 11. ⁊. 12. Alia autem reſpiciūt auditores ſermonū. Et quo ad iſta ponitur quedam remiſſio in fine huius capituli.

Anocentius. 3. dedit beato Franciſco ⁊ ſocijs eius licentiam predicandi ad verbi dei ſe- 1 Licētia pdi- nen in omnem terram ſpargendum. b. fo. 1. Et. ffo. 3. candi.

Gregorius. 9. precepit oībus eccleſiarꝫ prelatis: vt fratres ordi. mi. ad officium predicandi (ad quod dicit ꝙ ſunt ex profeſſione ſui ordinis deputati) benigne recipiāt: ⁊ vt admoneāt populos eis cōmiſſos quatenus ex ore predicto- 2 Nota. rū fratrū verbi dei ſemen deuote ſuſcipiāt: ac etiam ꝙ in neceſſitatibus huiuſmodi fratrum liberales exiſtant. B. fo. 25. Et. ffo. 109. conce. 233.

¶ IDEM Gregorius. 9. precepit eccleſiarū plātis quatenus ſi qui aſſerentes ſe eſſe de ordine fratrū mi. predicauerint in iuriſdictionibus huiuſmodi prela- 3 torum faciendo queſtum pecuniarium: ex quo infamia ſequeretur religioni Prohibitio ipſorum fratrum qui paupertatem profeſſi ſunt: capiant tales predicantes: et tanquā falſarios condemnent. B fo. 25. Et. ffo. 109. conce. 234.

Alexander. 4. conceſſit ꝙ fratres ordinis pdicatorꝫ ⁊ mi. poſſint pdicare populis de licentia romani pontificis: aut legatorꝫ eius vel dioceſani: ſeu ordinarij: abſqꝫ aliorꝫ inferiorꝫ prelatorū ⁊ rectorū 4 Licētia pdi. eccleſiarū: ac ſacerdotū parrochialium aſſenſu. b. fo. 25. et. ffo. 26. conce. 15.

Clemens. 4. referēdo ac cōfirmādo pdictas litteras Alexandri. 4. 5 declarauit. qđ ſi predictis fratribus: concedatur licentia Licētia pdi.

predicandi a legatis ſedis apoſtolice: aut ab ordinarijs locorum: poſſint libere hmõi fratres predicare populis ſubiectis legatis ⁊ ordinarijs: ſine aliorum prelatorũ inferiorũ ⁊ rectorũ eccleſiarũ aſſenſu: vllomodo requiſito. Illis tamẽ caſibus exceptis: qui de iure vel cõſuetudine: aut ſpeciali reſeruatione facta ſedi apoſtolice ac legatis ⁊ ordinarijs predictis ſpecialiter relinquuntur. b. fo. 29. et. ffo. 30. conce. 26.

Collector ¶ Aduerte ꝙ caſus de quibus hic fit mentio: expecificantur infra a Benedicto. 11. in. § 8.

6 ¶ IDEM Clemẽs cõceſſit: vt ſinguli ꝓuinciales fratrũ mi. in ſuis prouincijs cũ diffinitoribus in ſuis capitulis prouincialibus cõgregatis: habeãt plenariã auctoritatẽ ⁊ facultatẽ examinãdi: ⁊ approbandi fratres predicti ordinis ĩ

Inſtitutio predicatorum. ſacra pagina eruditos: ⁊ ꝙ eis officiũ predicationis (deũ habẽdo preoculis) cõmittere valeant: ſicut ex forma regule poterat miniſter generalis. B. fo. 56 et. ffo. 139. conce. 311. Et hoc idẽ conceſſum eſt carmelitis. B. ffo. 185. cõ. 463. Et ſimiliter conceſſum eſt Auguſtinenſibus. B. ffo. 244. con. 589.

7 Prohibitio ꝑdicandi. ¶ IDEM Clemens prohibuit: ne fratres quos ab ordine pro ſuis culpis expelli contigerit: vel qui egreſſi fuerint proprio motu: preſumant predicare. ⁊c. niſi ad alium ordinem in quo licite exercetur hmõi officium: de licentia ſedis apoſtolice: vel miniſtrorum ordinis prefati tranſierint. B. fo. 58. Et. ffo. 141. conce. 331. Et quo ad carmelitas. fo. 103. Et. ffo. 186. conce. 472. Et quo ad predicatores ffo. 238. conce. 557

8 Caſus in quibus poſſunt ꝑdicare fratres etiam ſi dioceſani ꝑdicant **Benedictus.** 11. ſtatuit ꝙ fratres ordi. predica. ⁊ mino. qui ad predicandũ deputati ſunt: poſſint in eccleſijs ⁊ locis ſuis: ac in plateis cõmunibus ſeu publicis libere (abſq3 dioceſanorũ ⁊ aliorum prelatorũ petita licentia) clero ⁊ populo predicare: eiſq3 proponere verbũ dei. Uoluit tamẽ ꝙ predicti fratres caueant omnino: ne illa hora in qua dioceſani ꝑdicauerint: vel corã ſe fecerint predicare: predicent ipſi fratres: niſi forſan hoc facerent de voluntate dioceſanorũ ipſorum: aut in ſtudijs generalibus: diebus illis dũtaxat quibus ſermones ad clerũ fieri ſolẽt ſolemniter: ſiue in funeribus mortuorum: ſiue in eorundem fratrum feſtis ſpecialibus ſeu peculiaribus: qui in predictis quattuor caſibus concurrere poterunt in predicationibus cũ dioceſanis. B. fo. 126. Et. ffo. 203. conce. 500.

9 Prohibitio predicandi. ¶ IDEM Benedictus ſtatuit ꝙ predicti fratres in eccleſijs parrochialibus nõ audeant ꝑdicare: inuitis earũ rectoribus ſeu ſacerdotibus: niſi de licentia ſuperiorum eorundem rectorum. B. fo. 126. Et. ffo. 203. conce. 501.

10 Licentia predicandi. ¶ IDEM ſixtus ꝯceſſit fratribus carmelitanis: vt poſſint libere ꝑdicare populis in locis publicis: abſq3 tñ parrochialiũ eccleſiarum iuris ꝑiudicio. Et declarauit ꝙ hmõi iuris ꝑiudicium intelligatur de decimis ⁊ primitijs dũtaxat: que a laicis ſolent clericis exhiberi. B. fo. 102. Et. ffo. 185. con. 465.

Collector ¶ Aduerte ꝙ in predicta conceſſione vult dicere Sixtus: ꝙ dũmodo eccleſijs parrochialibus nõ ſequatur ꝑiudiciũ quo ad exactionẽ decimarum ⁊ primitiarum: poſſint ꝑdicti fratres ꝑdicare libere in quibuſlibet locis publicis.

11 Officiũ diuinum. **Leo.** 10. conceſſit ꝙ predicatores verbi dei ordi. minorum de obſer. quãdo actu predicant: vt puta in Aduentu: ⁊ quadrageſima poſſint officium feriale anticipare: ⁊ feſta illis diebus reſeruare quibus illos amplius laborare neceſſe eſt. Non tamen in fraudem diuini officij: ſed vt liberius valeãt

ſtudio vacare: ⁊ conſolationi ſpirituali fidelium populorum incumbere. O. ffo. 91. conce. 265.

¶ IDEM leo conceſſit ꝙ fratres minores predicatores actu ꝑdicantes: poſſint ſine ſtimulo: ⁊ ſeruato ieiunio: anticipare: ⁊ retardare horas comeſtionis ⁊ ſerotine collationis: iuxta ſuã conſolationem. o. ffo. 93. conce. 282. 12 Ieiunium.

¶ Aduertendum eſt etiam circa materiã iſtam ꝑdicatorum: ꝙ multi ſummi põtifices conceſſerunt multas indulgentias: quas lucrantur audientes ſermões fratrũ minorum. Iſte autẽ indulgentie poſite ſunt ſupra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. 5. per totum. Collector.

Prelati.

¶ Diſtinctio materie infraſcripte.

¶ Circa prelatos ſunt multa ⁊ varia in priuilegijs fratrum: que ſubſequenti ordine partiuntur. ¶ Primo enim ſunt aliqua ſtatuta ⁊ cõceſſa reſpectu prelatorum religioſorum. Et hec ſubdiuiduntur. Nam quedam pertinent ad eorũ electionem: que poſita ſunt ſuperius in dictione Electio. Alia concernunt eorundem prelatorum confirmationem: que etiam poſita ſunt ſupra in dictiõe Confirmatio prelatorum. Nonnulla vero attinent huiuſmodi prelatorũ auctoritatem in executione ſuorum officiorum. Et de hoc habetur in varijs dictionibus ſm varietatem denominationum officiorum. Ut de auctoritate generalis miniſtri: in dictiõe Generalis miniſter. Et ſic de alijs officijs: prout diſtincta ſunt ſupra in dictione Officia ordinis. ¶ Secundo principaliter in priuilegijs fratrum ſunt non pauca pertinentia ad prelatos eccleſiarum. Et horum aliqua reſpiciunt modum quem debent obſeruare erga fratres ad eos declinantes. ſ. qualiter debent eos benigne recipere. Et hoc habetur in dictione Recipere. §. 1. ⁊. 2. Alia ſpectant ad reuerentiam quam fratres debẽt exhibere huiuſmodi prelatis in preſentatione confeſſorum: ⁊ alijs cõſimilibus. Et hoc iaz dictum eſt in dictione Abſolutio quo ad ſeculares in multis. §. De quo etiaz vide in dictione Preſentatio confeſſorum. Alia pertinent ad formam quam erga priuilegia dictorum fratrum debent tenere predicti prelati eccleſiarũ. De hoc autem habentur multa in dictione Priuilegia. ¶ Et tandem nõnulla pertinent ad inhibitiones per ſummos pontifices huiuſmodi prelatis factas: ne circa fratres ⁊ eorum officia ſe intromittant. Et de hoc habetur in dictione Exemptio in multis. §.

Collector. De attinentibus ad prelatos ordinis. De attinentibus ad prelatos eccleſiarũ.

Prefatio.

Eugenius. 4. cõceſſit fratribus mi. ꝙ in feſtiuitatibus ſancti Frãciſci: poſſint dicere ꝓpriam prefationẽ ⁊ Credo. o. ffo. 101. conce. 408. 1

Sixtus. 4. cõceſſit ꝙ fr̃es mi. in die ſcti Frãciſci: ⁊ ſtigmatũ eiuſdẽ: poſſint dicere ꝑfationẽ ꝓpriam in miſſa. o. fo. 63 Et ffo. 67. conce. 110. Et ffo. 100. ꝯce. 386. 2

¶ IDEM Sixtus cõceſſit ꝙ in miſſis ſancti Franciſci dicatur propria prefatio. o. ffo. 102. conce. 412. ¶ Hoc eſt intelligendum de miſſis votiuis que dicuntur extra feſtiuitates predictas: nam pro diebus feſtiuitatum iam cõceſſuz erat: vt patet ſupra. §. 1. 3

Preſentatio confeſſorum.

Collector. ¶ Quia conceſſiones ⁊ ordinationes attinentes ad preſentationem confeſſorū ordinarijs faciendā: ſunt cōmixte cum auctoritate quaꝫ hmōi confeſſores habent ad abſoluendum. Ideo poſite ſunt ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. i. Et ideo ibi poteris eas ad longum videre.

Collector. ¶ Circa huiuſmodi tamē materiam preſentationis confeſſoruꝫ oportet vlterius aduertere: ꝙ quia fratres cōfeſſores ordinum mendicantium debite preſentati epiſcopis: aut coꝝ vices gerentibus magnā habent auctoritatem: tam per clementinā Dudum. de ſepulturis: q̄ȝ per priuilegia ſpecialia: quibus nequeunt gaudere: nec confeſſiones ſecularium generaliter audire nō ſic preſentati: ideo formam debitam preſentandi libuit hic inſerere. ¶ Sciēduȝ eſt ergo ꝙ duplex modus: ſeu forma preſentationis cōfeſſoꝝ reperitur in iure: ⁊ in priuilegijs fratrū predicatoꝝ. ¶ Primus modus ⁊ forma iuridica continetur in p̄fata clementina Dudum: de ſepul. ubi ponuntur multa: que vix poterunt ad litteram obſeruari. Primo enim dicitur ibi ꝙ huiuſmodi preſentatio fieri debet per miniſtros: aut cuſtodes quo ad fratres mino. aut per magiſtrum: ſeu priorem prouincialem vel eius vicarium quo ad fratres predicatores: qui debent accedere ad preſentiā prelatoruȝ eccleſie ⁊ petere ꝙ fratres qui fuerint electi ab eis poſſint libere confeſſiones ſubditoꝝ illius dioceſis audire. ¶ Secundo dicitur ibidē q̄d poſt huiuſmodi petitionē eligantur fratres qui audituri ſunt confeſſiones: ⁊ hoc per generalē vel p̄uinciales: ſicut habetur ſupra in dictione Confeſſiones ⁊ confeſſores. §. 3. ¶ Tertio additur q̄d confeſſores ſic electi preſententur epiſcopis: aut eorum vices gerentibus a prefatis prelatis fratrum per ſe vel per alios fratres quos ad hoc deputauerint: petendo humiliter vt de ipſoꝝ beneplacito poſſint audire confeſſiones ſuoꝝ ſubditoꝝ. ¶ Sed quia prima duo ſupradicta ſunt difficilia ad ſeruanduȝ: cuȝ prelati huiuſmodi fratrum nequeant ſemper adeſſe vbicunqȝ: ⁊ quandocūqȝ eſt faciēda p̄ſentatio. Ac ſimiliter: q2 ijdem prelati non valent eligere aliques fratres ad audiē das confeſſiones extra capitula prouincialia: niſi forte habeant ſpecialem cōmiſſioneȝ ſui generalis: ideo expedit vt fiat preſentatio ſub forma inferius annotata: que ſi acceptetur a prelatis eccleſiarū ſufficiet q̄uis alia predicta omittantur que ſunt in fauorem ipſoꝝ: cum liceat vnicuiqȝ renunciare iuri ſuo.

Prima forma preſentatiōis fratruȝ cōfeſſorum. ¶ Sequitur forma preſentationis confeſſorum que fieri poteſt per quemcūqȝ prelatum ordinis: aut eius vices gerentem accedendo ad preſentiam ordinariorum ⁊ dicendo. Reuerēdiſſime dn̄e: ſupplex orator dominationis veſtre frater. N. miniſter aut prior: ſeu frater N. cuſtos huius cuſtodie vel prouincie: vel guardianus: ſeu prior talis conuētus: auctoritate ⁊ cōmiſſione dictoꝝ miniſtri aut prioris prouincialis: ſeu cuſtodis ordinis fratrum. N. humilem ac debitā exhibet reuerentiā. Cum ſm̄ priuilegia dicto ordini noſtro a ſummis pontificibus indulta: fratres eiuſdem ordinis per miniſtrum vel cuſtodem: aut fratres alios quos ad hoc idoneos deputauerint: preſentati humiliter locorum prelatis ad ſuorum ſubditorum cōfeſſiones audiendas: ⁊ ſalutares penitentias cum abſolutionis beneficio iniungendas: de licentia ⁊ gratia ac beneplacito eorundem merito recipi debeant: ⁊ admitti: hinc eſt ꝙ Reuerende dominationi veſtre: de cuius benignitate ampliſſimā fiduciam gerimus: ſm̄ canonici iuris formā ſup hoc ſtatutā: infra ſcriptos fratres per me (ſi eſt miniſter aut prior p̄uincialis vel in capitulo noſtro p̄uinciali) a dicto. N. legitime electos: ⁊ deputatos: cuȝ ea qua decet: ⁊ poſſum reuerētia humilime preſento: obnixius eidē dn̄ationi veſtre ſupplicans quatenus ipſos (⁊ me cum illis ſi vult) recipere ⁊ admittere dignetur: ac ſi totalis forma iuris in Clementina Duduȝ de ſepulturis: ⁊ in cōcilio Lateranēſi tradita obſeruata eſſet. Et eiſdē ac mihi: de ſua gr̄a ſpeciali: a caſib⁹ etiā eidē reſeruatis (p̄ aiaꝝ ſalute) abſoluēdi auctoritatē p̄ſtare. Et ipſi vna mecū p̄ eadē dn̄atione veſtra: vniuerſoqȝ ſibi grege cōmiſſo aſſidue redemur apud deū ſupplices p̄catores. Quam idē dominus longeuos in annos ad cunctorum ſalutem conſeruare dignetur. Nota.

Collector. ¶ Facta eſt p̄ſentatione (niſi ordinarius cauſam legitimā haberet non admittēdi aliquē) ſiue admittat ſiue nō: poſſunt dicti fratres abſoluere ſubditos predicti ordinarij ab omnibus caſibus a quibus poſſunt p̄ſbyteri parrochiales: vltra id q̄d p̄ priuilegia particularia cōceſſum eſt. Et nō oportet dictā p̄ſentationem iterare in vita illius epi: licet aliquorſum ſe trāſferant fratres ad morandum: cū ad dictā dioceſim iterum ad morandum reuerſi fuerint: vt habetur ſupra in dictione Abſolutio quo ad ſeculares. i. in. §. 4.

Scd̄a forma preſentandi confeſſores. Eſt et alius modus preſentandi fratres confeſſores per conceſſionē Innocentij. 8. qui poteſt fieri p̄ quēcunqȝ guardianum: etiā ſi nō habeat cōmiſſionem ab aliquo ſuperiore: prout habetur in monumētis ordinis: ⁊ in ſupplemento: ⁊ in hoc cōpendio in dictione Abſolutio quo ad ſeculares primo. §. 13. Attamē iſte ſecūdus modus eſt oneroſus. Debet enim fieri quolibet anno: ⁊ eſt dubium an ſic preſentatus habeat cōceſſiōes particulares factas confeſſoribus noſtris: vt ſupra preſentatis. Ideo ego non curarem de iſto: niſi in caſu neceſſitatis.

Priuilegia fratrum.

¶ Diſtinctio materie priuilegiorum fratrum.

Collector. ¶ Aduertēdum ꝙ circa priuilegia fratrū: multa poſſunt: ac debent ꝯſiderari. ¶ Primo illorū firmitas. Et hec cōtinetur infra. §. 3. ⁊. 4. ⁊. 5. ⁊. 7. ⁊. 10. ⁊. 12. ⁊ alijs ſequētibus vſqȝ ad finem. ¶ Scd̄o debet attēdi hmōi priuilegiorū interpretatio ſeu declaratio ad quē p̄tineāt. Et de hoc habet̄ infra. §. 2. ⁊. 11. ⁊. 15. ¶ Tertio eorūdē priuilegioꝝ ſuſpēſio: ſeu reuocatio. Iſtud aūt ponit̄ infra. §. 5. ⁊. 6. ⁊. 9. ⁊. 12. ⁊. 18. ⁊. 21. ¶ Quarto ſunt conſiderande nōnulle p̄hibitiones reſpectu predictoꝝ priuilegiorū. Iſte vero habentur infra. §. 1. ⁊. 9. ⁊ 11. ⁊. 12. ¶ Quinto eſt attēdēda eorūdem priuilegioꝝ cōmunicatio. Et de hoc dictū eſt latiſſime ſupra in dictiōe Cōmunicatio priuilegioꝝ. ¶ Ultimo q2 circa ſuſpēſionem: ⁊ reuocationē hmōi priuilegioꝝ occurrunt multe dubitationes: ponuntur infra poſt omnia ſupradicta quedam notabiles queſtiones.

1 Prohibitio. ALexander. 4. precepit eccleſiaꝝ prelatis: vt p̄mittāt fratres mino. ⁊ p̄dicatores vti ſuis p̄uilegijs: ⁊ indulgētijs: ac regularibus obſeruātijs: ⁊ ſtatutis per ſedem apoſtolicam approbatis. b. fo. 22. Et ffo. 24. conce. 11.

2 Interpretatio. Clemens. 4. inhibuit diſtricte oib⁹ eccliaꝝ p̄latis: ne interp̄tari p̄ſumāt p̄uilegia: ⁊ indulta ꝯceſſa ffib⁹ mi. ⁊ p̄dica. ſiue clara q̄ interp̄tatiōe nō indigēt ſiue dubia contineāt.

Et voluit ꝙ interꝑtatio ſup hmői dubijs ⁊ obſcuris reſeruet ſedi aplice: cum
eius ſit interpretari cuius ⁊ condere. b. fo. 30. Et ffo. 31. conce. 31.

3 **Eugenius.** 4. ɔ̄ceſſit fratribus ordinis ꝑdicatoꝝ: ꝙ virtute quarū
cūqꝫ litteraꝝ apſicaꝝ ɔ̄ceſſaꝝ: ⁊ ɔ̄cedendaꝝ nō poſſit
vllo modo ꝑiudicari ſeu derogari ꝑuilegijs ꝑdictoꝝ fratrū: niſi de ipſo ordie:
⁊ de hmői litteris fiat de verbo ad verbū expſſa mētio. B. ffo. 79. ɔ̄ce. 239.

4 Cōfirmatio **Sixtus.** 4. confirmauit omnia ꝑuilegia ab eodē vel a ꝑdeceſſoribus
ſuis ɔ̄ceſſa ordini fratrū mi. ⁊ ꝑ ſertim ɔ̄tēta in bulla eiuſdē
que incipit Regimini vniuerſalis ecclie. Non obſtātibus quibuſcūqꝫ litteris
poſt modum ordinatis a ſua ſanctitate: preſertim illis que incipiūt Sup curā
gregis dominici. o. ffo. 68. conce. 127.

5 Cōfirmatio Reuocatio. ¶ IDEM Sixtus ɔ̄firmauit oia ꝑuilegia a ſua ſāctitate vel a ſuis ꝑdeceſſori
bus ɔ̄ceſſa ordini mi. exceptis indulgētijs gn̄alibus quo ad viſitātes loca fra
trū vel ſororū. Et hoc ꝺ ɔ̄ceſſis in gn̄e: addēdo ꝙ nō intēdit ſua ſanctitas ꝙ in
dulgētie ꝑdicto ordini ɔ̄ceſſe ꝓ perſonis fratrum (ſiue ſint generales: ſiue nō)
reuocentur per quaſcūqꝫ litteras aplicas: etiam cruciate. Et idem de alijs pri
uilegijs: niſi in talibus litteris apoſtolicis fiat expſſa mentio de indulto hmői:
⁊ ordine predicto. o. fo. 64. Et ffo. 68. conce. 137.

Collector. ¶ Aduerte circa predictam ɔ̄ceſſionem: ꝙ cōmuniter ponūtur in bullis cru
ciate ⁊ alijs ſimilibus talia verba ꝙ equipollent expreſſioni neceſſarie ad reuo
cationē vel ſuſpenſionē priuilegioꝝ fratrū etiā mēdicantiuꝫ. Semper tū ſunt
inſpiciende derogationes talium bullarum: ⁊ conferēde cum non obſtantijs
priuilegioꝝ fratrum: vt ſic appareat quod preualere debeat.

6 Suſpenſio. ¶ IDEM ſixtus ɔ̄ceſſit generali fratrū mi. ꝙ qū viderit aliquē fratreꝫ ſui
ordinis abuti gratijs: ⁊ facultatibꝰ apoſtolicis: poſſit ⁊ valeat hmői gratias ſu
ſpendere ⁊ ſuſpenſus tenere donec (ꝙ̄primum cōmode poterit) conſūlat deſup
Romanum pontificē: ⁊ ab eo reſponſum habeat. Et ſuper hoc onerat ɔ̄ſcie
tiam predicti generalis. b. fo. 56. Et ffo. 52. conce. 58.

7 Cōfirmatio ¶ Idē ſixtꝰ i mari magno motu ꝓꝓo ⁊ ex certa ſciētia auctoritate aplica appro
bauit: ⁊ robur ꝑpetue firmitatis obtinere debere decreuit oia ⁊ ſingla ꝑuilegia
per quoſcūqꝫ Ro. pōtifices ꝑdeceſſores ſuos ordini fratrū mi. ⁊ illiꝰ domibꝰ:
⁊ ꝓfeſſoribꝰ (in gn̄e ſub quacūqꝫ vboꝝ forma) ɔ̄ceſſa: ac ꝓ potiori cautela oia:
⁊ ſingula ꝑdicta de nouo ɔ̄ceſſit: ⁊ idulſit. B. fo. 59. ⁊ ffo. 142. conce. 343.

8 Indulgētie. ¶ IDEM ſixtus fecit quādā magnā conceſſionem reſpectu priuilegioꝝ con
cernentiū ſtationes ⁊ indulgentias vrbis Rome fratribus mi. ɔ̄ceſſas: prout
habetur ſupra in dictiōe Indulgētie ſtationū quo ad fratres: in. §. 7. vide ibi.
Et aduerte ad notabile in fine illius poſitum.

9 Suſpenſio. ¶ IDEM ſixtus declarauit ⁊ decreuit ꝙ ſuſpēſio ꝑuilegioꝝ ſeu facultatuꝫ
⁊ indultoꝝ quā ipe fecerat: ſolū debere referri ad facultates ⁊ indulta ꝗcunqꝫ
⁊ indulgentiaꝝ: ⁊ abſolutionū ⁊ remiſſionū peccatoꝝ ɔ̄cernentiuꝫ perſonas

Pro oibus fratribꝰ mēdicātibus. quaſlibet que non ſunt ordinū mendicantium: ac monialiū: ⁊ ſoroꝝ tertij or
dinis colegialiter ſub eorum cura viuētium: ac ſeruiētium eiſdem continue:
⁊ non ad alias facultates ſeu indulta ab ipſo Sixto vel a ſuis ꝑdeceſſoribꝰ pre
dictis ordinibus conceſſa. B. ffo. 106. conce. 227.

10 Pro fratri- ¶ IDEM ſixtus in mari magno diſtricte inhibuit ꝑlatis ordinarijs locoꝝ:
ſub interdicti ingreſſus ecclie: ⁊ ſuſpēſiōis a regimine ⁊ adminiſtratiōe ſuarū

eccleſiaꝝ ac rectoribꝰ eccliaꝝ: ⁊ alijs quibuſcūqꝫ ſub excōis late ſentētie: ⁊ pri bꝰ ꝑd. ⁊ mi.
uatiōis eorūdē parrochialiū eccliaꝝ: ac oim alioꝝ eccliaſticoꝝ bn̄ficioꝝ ꝗ obti Excōicatio.
nuerint: necnō inhabilitatis ad illa: ⁊ alia imposterū obtinēda penis eoipſo ꝑ
eos qui cōtra fecerint incurrēdis: ne ordines fratrū ꝑdicatoꝝ ⁊ minoꝝ ⁊ illoꝝ
domos ⁊ ꝓfeſſores: ꝑter aut cōtra priuilegia ⁊ indulta Romanoꝝ pōtificum
quorūcūqꝫ ꝑdeceſſoꝝ eiuſdē Sixti: vel cōtra ſuarū litterarū tenorē: inquieta
re ſeu moleſtare preſumant. B. fo. 61. Et ffo. 145. conce. 355.

¶ Innocētiꝰ. 8. fecit fratribꝰ ordi. ꝑdica. ɔ̄gregatiōis hiſpanie circa eoꝝ priui 11
legia ſequētē ɔ̄ceſſionē. Qꝛ nōnulla dubia occurrunt ⁊ occurrere poſſunt fra Pro fratri-
tribus ordi. ꝑdicatoꝝ ɔ̄gregatiōis hiſpanie ſup gratijs ⁊ priuilegijs: tā ordini bus ꝑdicat.
quā ɔ̄gregatiōi ꝑdictis ɔ̄ceſſis: idē dn̄s Innocētius ꝓ ſecuritate ɔ̄ſciētiarū Interꝑtatio
ꝑdictoꝝ fratrū ɔ̄ceſſit facultatē vicario gn̄ali dicte ɔ̄gregatiōis ꝓ tpe exiſtēti: Particula-
cū aliqua ꝑſona in dignitate eccliaſtica ɔ̄ſtituta: ⁊ duobꝰ alijs iuriſɔ̄ſultis: iter ris ꝓ Hiſpa
ꝑtādi hmői dubia. Et ꝙ frēs dicte ɔ̄gregatiōis ſecure poſſint ſtare declaratio nia.
nibus ꝑ eoſdē faciēdis. o. ffo. 76. ɔ̄ce. 195. ꝑpe finē. Et ffo. 101. conc. 394.

¶ Aduertēdū eſt circa ꝑdictā conceſſionē: ꝙ illud qꝺ ɔ̄ceditur hic vicario ge Collector.
nerali fratrū ꝑdicte congregationis: debet intelligi etiā eſſe conceſſum cuilibet
ꝓuinciali fratrū mi. prouinciaꝝ caſtelle ⁊ legionis ⁊ aragonū ac ſicilie: ⁊ non
aliaꝝ prouinciarū extra hmői regna. Et hoc rōne ɔ̄icatiōis ſpecialis facte hu
iuſmodi fratribus: ꝑut habetur ſupra in dictione Cōicatio priuilegi. §. 10.

¶ Alexander. 6. decreuit ⁊ ordinauit: ꝙ frēs mi. nequeāt vti gratijs vel facul 12
tatibus in forma breuis dūtaxat conceſſis: ꝗ per bartholomeū floridū olim ſe Prohibitio
cretariū ſuū ſubſcripte fuerūt: niſi ad id ſuoꝝ ſupioꝝ gn̄aliū vel prouincialiū
pro tpe exiſtentiū accedat aſſenſus: perinde ac ſi in litteris predictarum facul
tatū ⁊ gratiarū adiecta foret predicta conditio. b. ffo. 55. conce. 64.

Julius. 2. declarauit ꝙ per confirmationē priuilegioꝝ fratrū mino. ꝑ 13
Sixtū. 4. factā: ac eorūdem priuilegioꝝ nouā conceſſioneꝫ per Cōfirmatio
hec verba (de nouo concedimus) ſolūmodo eſſe ɔ̄firmata priuilegia dicto or ⁊ reuocatio
dini conceſſa: ⁊ non alias reuocata. B. fo. 43. Et ffo. 126. conc. 277.

¶ Aduertēdū eſt ꝙ ꝑdicta declaratio credit ſic facta fuiſſe abſolute: ⁊ generali Collector.
ter propter defectū relationis. Qꝛ multi famoſi doctores vniuerſitatis Salmā
tine declarauerūt ⁊ determinauerūt ꝙ qñcunqꝫ aliqua priuilegia conceduntur de nouo cū ſequenti clauſula. Non obſtantibus reuocationibus aplicis:
prout in bulla aurea continet: intelligūtur viuificata ⁊ de nouo ɔ̄ceſſa etiā illa
que fuerāt reuocata. Nā aliter nihil operarentur predicta verba: cum tamen
verba in litteris apoſtolicis poſita: ſemper debeant aliquid operari.

¶ IDEM iulius fecit copioſiſſimā confirmationem priuilegiorū qualiter 14
cūqꝫ conceſſoꝝ ordini fratrū Auguſti. ⁊ ꝑpetue firmitatis robur obtinere de Ex priuileg.
creuit. Et inſuper ſingula priuilegia ⁊ imunitates exēptiones conceſſiones in Auguſtinē.
dulgentias: peccatoꝝ remiſſiones: ⁊ indulta ꝗcūqꝫ quibuſuis congregationi
bus: ſeu ſocietatibus: aut alijs locis: ⁊ illoꝝ ꝑſonis dicti ord. fra. auguſti. regu Cōfirmatio
la. obſer. gn̄alr ɔ̄ceſſa: ad totū ipm ordinē ꝑdictoꝝ fratrū ⁊ illiꝰ ꝑſonas: ac ſi il
lis etiā ſpecialiter ɔ̄ceſſa fuiſſent: extendit ⁊ ɔ̄icauit. B. ffo. 66. conce. 206.

¶ IDEM Julius conceſſit fratribus Auguſtinenſibus ꝙ priuilegia eorum 15
omnia integre: ⁊ ad verbum vt ſonant pleniſſime: atqꝫ inuiolabiliter: vbiqꝫ
gentium obſeruetur. b. ffo. 95. conce. 311.

16 De validitate priuilegiorum.

¶ IDEM iulius proprio motu: ac de plenitudine ſue poteſtatis voluit ⁊ ſtatuit ac decreuit: vt quecũqꝫ conceſſio apoſtolica facta ordini fratrum Auguſtinenſium: vel eiuſdem ordinis generali: ſiue directe: aut per cõmunicationẽ priuilegiorum aliorum ordinum: eandem omnino vim atqꝫ efficaciã perpetuo habeat: tam in iudicio q̃ extra iudicium: ac ſi plumbeo ſigillo obſignata eſſet. Et hoc intelligi voluit tam de hijs que in forma breuis: q̃ de hijs que per ſupplicationes expedita ſunt: in quibus placuit vt ſola ſignatura ſufficeret. B. ffo.267.conce.698. Et fffo.76.conce.229.

17 De validitate priuilegiorum.

¶ IDEM iulius ꝓprio motu: ⁊ ex certa ſciẽtia: ac de plenitudine ſue poteſtatis decreuit ⁊ mãdauit: vt q̃cũqꝫ priuilegia dicto ordini Auguſtinẽſiũ: vel eiuſdẽ ordinis generali vtcũqꝫ cõceſſa: ſiue ipſa exẽplaria: ſiue eoꝝ trãſumpta oſtẽdãtur: prelati alicuius aut publici notarij manu ſignata: aut etiam generalis dicti ordinis ſigillo firmata eandẽ omnino vim habeat: ⁊ illis fides adhibeatur: ac ſi plũbi ſignũ haberẽt. B. ffo.268 cõc.698. Et fffo.76.cõce.230.

18 De validitate priuilegi.

LEO. 10. fecit conſimilem conceſſionem prefatis fratribus Auguſtinẽſibus: prout Julius.2. in conceſſione immediate ſuprapoſita fecerat: nullo immutato nec addito verbo. b. fffo.123.conce.560.

19 Prohibitio Excõicatio.

¶ IDEM leo ſtatuit ꝙ ſi ſeculares cõtraire mari magno vel cuiquã ꝯceſſionũ fratrũ heremitaꝝ .s. auguſtini temere auſi fuerint: ꝑ excõicatis publicẽtur. Si aũt clerici fuerint: p̄ter cẽſurã ſupradictã: dignitatibus ⁊ bñficijs eccleſiaſticis priuati ſint: eaqꝫ libere impetrari poſſe decreuit b. fffo.122.conce.558.

20 Ampliſſima ⁊ noua conceſſio. Nota. Oracula.

¶ IDEM leo cõceſſit ꝙ frẽs mi. regularis obſer. ſecura ꝯſciẽtia poſſint vti oĩbus eis cõceſſis a ſede ap̄lica ⁊ Romanis põtificibꝰ: ſiue ꝑ bullas: vel breuia aut viue vocis oracula (prout in libris ordinis repiunẗ) ac ſi oĩa ſpecifice fuiſſent p̄fato ſummo põtifici expreſſa. Et pro maiori cõſcientiaꝝ ſecuritate: oĩa p̄fata priuilegia de nouo ꝯceſſit. ¶ Voluit etiã ꝙ nõ ſint minoris efficacie ⁊ valoris viue vocis oracula: quã ſi ꝑ bullã: aut breue ad ꝑpetuã rei memoriã eſſẽt conceſſa. Sed hoc in foro cõſciẽtie tãtũ. O. fffo.58.conce.161.

21 ¶ IDEM leo cõceſſit ꝙ virtute bullarũ cruciate cõtra ĩfideles: vel aliarũ indulgẽtiaꝝ generaliũ: quaſcũqꝫ reuocatiões: aut ſuſpẽſiones priuilegioꝝ ordinũ: etiã mendicantiũ cõtinẽtes: nũquã intelligantur reuocata: nec ſuſpenſa indulta: priuilegia: ⁊ gratie cõceſſe quo ad perſonas fratruꝫ mi. obſer. ⁊ quo ad ſuſpẽdendum interdictum in feſtiuitatibus ſanctorũ ſui ordinis: niſi de hijs ſpecifice ⁊ nominatim mentionem facerent. O. fffo.60.conce.177.

22 Declarare.

¶ IDEM leo cõceſſit ꝙ gñalis fratrũ mi. in ſuo capitulo gñali: ⁊ quilibet ꝓuincialis in ſuo capitulo ꝓuinciali (de cõſenſu eiuſdẽ capituli vel maioris partis) declarare poſſit: ⁊ valeat vtrũ ab vſu alicuius cõceſſiõis viue vocis oraculo facte abſtineri debeat. Poſtquã quidẽ declarationẽ: tam fratres quã moniales ſue obediẽtie: ac ſi cõceſſio hmõi ꝑ ſanctitatẽ ſuã ſuſpenſa vel reuocata fuiſſet: conceſſione eadem impoſterũ non vtantur. o. fffo.94.conce.296.

23 Reuocatio. Noua conceſſio.

¶ IDEM leo poſtquã in cõcilio lateranẽſi moderauit: ſeu reuocauit in aliquibus priuilegia fratrũ mẽdicantiũ: declarauit ꝙ oĩa: ⁊ ſingula priuilegia p̄dictoꝝ fratrũ mẽdicantiũ qualitercũqꝫ eis cõceſſa: ꝑmãſerũt ⁊ ꝑmaneãt in ſuo robore: exceptis illis in quibus fuerunt moderata ſeu reuocata. Et ad abundãtiorem cautelam: priuilegia predicta cũ dictis modificatiõibus: motu proprio innouauit: ac diſtricte precepit ⁊ mãdauit eccleſiarum p̄latis: vt religioſos prefatos ſuper alijs priuilegijs non modificatis moleſtare non preſumãt: ſed ſua eis iura ⁊ priuilegia inuiolabiliter obſeruent. B. fffo.27.conce.88.

24 Reualidatio.

¶ IDEM leo poſtea reualidauit: ac in priſtinũ ſtatum reſtituit omnia priuilegia fratrum mino. obſer. quo ad forum conſcientie tantum. Et hoc ſolum oraculo viue vocis. Vide ſupra ad longum in dictione Concilium. §.7.

¶ Sequuntur quedam queſtiones pro intellectu priuilegiorum ordinibus mendicantium conceſſorum.

Collector. Queſtio circa derogationẽ priuilegiorũ fratrum.

PRIMA queſtio eſt. Quia in pleriſqꝫ cõceſſiõibus ſupradictis: ⁊ in toto nr̃o mari magno: ⁊ alijs priuilegijs cõtineẗ ꝙ nõ intelligãtur reuocata niſi de eis fiat mẽtio de verbo ad verbũ: vtputa ꝯcediẗ nobis vt nõ teneamur ad ꝓcurationẽ legatoꝝ etiã ſi in lr̃is eorũdẽ dicaẗ: vt tã nõ exẽpti q̃ exẽpti teneanẗ ad hoc onus: niſi de hoc indulto nobis cõceſſio fiat mẽtio de verbo ad verbũ: poſtea papa cõcedit legato vt poſſit exigere ꝓcurationẽ a quibuſcũqꝫ ꝑſonis etiã exẽptis: q̃uis talia habeãt priuilegia ꝙ de eis ſit fienda mentio de verbo ad verbũ: q̃ voluit in lr̃is legati haberi ꝓ expꝛ̃ſſis: q̃ritur nũc vtrũ ꝑ has lr̃as legatoꝝ ſit derogatũ priuilegio nr̃o. Et ſic de ſimilibus. ¶ Et licet ſuper hoc multi multa dixerint: tamẽ ſemꝑ maior: ⁊ ſolẽnior pars doctorũ tenuit priuilegio nr̃o derogatũ eſſe. Tãdẽ Felinus in .c. Nonulli: de reſcriptis cõpẽdioſiſſime tractãs hãc materiã: ⁊ ibi adducẽs oẽs ſuꝑ eã ſcribẽtes: cõcludit ꝙ ſi hoc habet curie ſtillus: indubie derogatur priori priuilegio. Et ꝙ hoc habeat ſtillus curie eſt pluſq̃ manifeſtũ: cũ in nullis reuocatiõibus iſerantur lr̃e priores: niſi aliqñ ad abundãtiorẽ cautelã. Ac ꝓpterea nõ debẽt opinari fratres ꝙ ſua priuilegia ſint imutabilia: ſicut ſi ſic eſſent ligate manus põtificũ vt nõ poſſint derogare cõceſſis a ſe vel ſuis p̄deceſſoribus niſi illa infererẽt: cũ eſſet impoſſibile oĩa ſcire: cũ ſint innumerabilia: ⁊ particularia. ¶ Eſt tñ aduertendũ an relatio breuis: vel bulle ſuper quã fit cõceſſio ſit vera. Nã ſi eſt falſa: nihil valet qđ conceditur etiã ſi contineat maximas clauſulas: ⁊ nõ obſtantias. ¶ Jtẽ eſt aduertendũ an in totũ vel in partẽ aut ad tẽpus derogẽt prioribus. Nam licet habeant litere ſecunde magnas nõ obſtãtias: ⁊ amplas generalitates: non derogant niſi illis contra que ſunt. Verbi gratia. Ego habeo priuilegiũ vt in partes ieroſolymitanas poſſum tranſire: poſtea prohibetur ꝙ in illas partes nullꝰ tranſeat non obſtãtibus quibuſcũqꝫ priuilegijs cõceſſis: ordinibus vel perſonis ⁊c. etiã ſi de eis eorũqꝫ totis tenoribus ⁊c. Nũquid nõ potero proficiſci ad Cõpoſtellã: cũ habeã aliud priuilegiũ hoc mihi concedens. Si diceres non quia omnibus priuilegijs eſt derogatũ: intellige oĩbus priuilegijs derogatũ: quo ad tranſeundũ in ieruſalẽ.

Reſpõſio ad queſtionem.

Queſtio de ſuſpẽſiõe priuilegiorum.

¶ Sed quia derogatio poteſt fieri quo ad totalẽ reuocationẽ: vel quo ad tẽporalẽ ſuſpenſionẽ: ideo queritur ſcḋo quid de ſuſpenſionibus priuilegioꝝ q̃ quotidie fiunt qñ cõcedũtur bulle cruciate vel fabrice eccleſie ap̄loꝝ Petri ⁊ pauli ſiue tp̄e Jubilei aut alie ſimiles. ¶ Dicendũ ꝙ inſpiciẽda ſunt verba: ⁊ ſcḋm ipſa iudicandũ: prout in alia queſtione iam dictum eſt: ideo de hoc nõ querimus. Sed q̃ritur quot: vel q̃ priuilegia cõprehendant tales ſuſpẽſiones.

Reſpõſio queſtionis.

¶ Et vr̃ ꝙ ſolum comprehendant: ⁊ ſuſpendant illa que poſſent impedire vel retardare effectũ illorum que per tale iubileum exhortantur vt fiãt: vt proficiſci Romã ad cõſequendũ iubileum: ire ad bellũ cõtra infideles ad conſequendã indulgentiã: accipere bullã: ⁊ cõtribuere certã quãtitatem

pecunie pro eadē cauſa. Nā ſi ego haberē ꝑ priuilegiū illud qđ cōceditur ꝑ iubileū vel cruciatā ⁊c. vcȝ per cōfeſſionalis ⁊ ſimiles facultates: nō curarē de dicto iubileo ſeu cruciata ⁊c. ideo ſuſpēdūtur talia priuilegia ⁊ facultates: ⁊ alie q̄ſtuarie applicāde cruciate ⁊c. nō aūt priuilegia ſuꝑ alias materias: vel in bullis cruciate nō cōtenta: aut ꝑ iubileū nō cōceſſa. Qr abſurdū eſſet ꝙ ſuſpēderet illud qđ mihi nō pōt prebere: qr nō habet. ℂ Sed dimiſſa q̄ſtione de ſuſpēſione ꝑ iubileū ⁊ alias bullas quas nō vidim⁹: dicam⁹ de cruciata cōceſſa in Hiſpania primo cōtra mauros regni granate: deinde cōtra infideles partiū Affrice. Et dicim⁹ ꝙ clauſula ſuſpēſionis in forma: ⁊ ad litterā continebat hec verba. Et ne ꝓpter alias indulgētias: in hoc ſctō ope tardiores xp̄i fideles exiſtant oēs ſiles aut diſſimiles indulgētias ⁊ facultates a nobis: ⁊ eadē ſede vel ei⁹ auctoritate qbuſcūqȝ eccliis: monaſterijs: hoſpitalibus ⁊ pijs locis: vniuerſitatibus cōfraternitatib⁹ ⁊ ſingularib⁹ ꝑſonis plenarias: tꝑales ⁊ ꝑpetuas in vita vel mortis articulo in dictis regnis ꝯceſſas: pro hmōi expeditiōe dūtaxat ad tēpus trienij duratura: ſuſpēdim⁹: ita ꝙ ille etiā ſi clauſulas aliquas ꝯtra futurā earꝫ ſuſpēſionē in ſe cōtinerēt (quarꝫ tenores ⁊ formā: ac ſi de verbo ad verbū inſerētur ꝑſentibus: haberi volum⁹ ꝓ expſſis) nemini interim vllatenus ſuffragētur. Et ſub excōis late ſentētie pena: hmōi indulgentie durante triennio publicari ⁊ predicari: ⁊ earum pretextu queuis pia ſuffragia poſtulari nequeant.

Queſtio de ſuſpenſionibus contentis in bullis cruciate.

ℂ Nūc q̄ritur quō vel in qbus ꝑdicta ſuſpēſio intelligat̃. ¶ Et videt̃ ꝙ ſolū in indulgētijs ꝯceſſis viſitātib⁹ ecclias. monaſteria: hoſpitalia ⁊c. Patet hoc: nā ibi dr̄. Oēs ſiles aut diſſimiles indulgētias plenarias: tꝑales ⁊ perpetuas. Additur etiā ꝙ nō ꝑdicentur aut publicētur: nec queuis ſuffragia poſtulari queant ſuſpēſione durāte. Itē in principio clauſule dicitur. Ne ꝓpter alias indulgentias ⁊c. Attū qr ibi dr̄ ne tardiores xp̄i fideles exiſtāt ⁊c. poſſet forte dici: ꝙ oēs alie grē ſiue facultates: quarꝫ ſiles cōtinētur in bulla cruciate ſuſpēdūtur: vcȝ cōfeſſionalia: ⁊ alie q̄cūqȝ ibi contēte. Nā videtur velle papa ꝙ (vt xp̄i fideles neceſſitētur ad accipiēdū iſtā cruciatā: ⁊ cōtribuēdū) nō poſſint facultatibus cōtētis in bulla cruciate: ꝑ bullas vel cōfeſſionalia antea habitas vti. Dicere eñi (ꝓut aliqui auſi fuerūt) ꝙ ꝑ iſtā ſuſpēſionē ſuſpēdebantur oīa priuilegia: facultates ⁊ indulta qbuſcūqȝ ꝑſonis facta: eſt ita abſurdū ꝙ nō indiget reprobatione. Nā eſſet dicere ꝙ etiā eſſet derogatū priuilegijs eorꝫ qui hūt facultatē teſtādi: ⁊ priuilegijs religionū vniuerſitatuȝ: ⁊ aliarꝫ ꝑſonarꝫ ſuꝑ diuerſis materijs: ita ꝙ durāte tꝑe ſuſpēſionis nō poſſent tūc vti eis illa habētes. Et ſic ꝙ ꝓ illo tꝑe eſſent religiones ordinarijs ſubiecte: ⁊ ꝙ nō poſſent prelati religionū abſoluere ſuos ſubditos a caſibus eis ꝑ ſedē aplicā ꝯceſſis: neqȝ a caſibus epis reſeruatis: niſi ſibi epi darēt cōmiſſionē. Et ſic de alijs infinitis incōuenientibus. ¶ Propter qđ teneam⁹ (ꝓut ſupra dictū eſt) ꝙ ꝑ ſuſpēſionē ſupradictā ſuſpēduntur oēs indulgētie q̄ſtuarie: ⁊ oēs facultates contente in bulla cruciate hmōi q̄ antea virtute aliorꝫ indultorꝫ habebātur. Et quo ad religioſos eſt etiā aliud: qr ſcȝ in tali ſuſpēſione nō ſuſpendūtur ꝯceſſiōes religionū. Qr licet dicatur de monaſterijs: intelligēdū videt̃ de indulgētijs cōceſſis viſitātibus monaſteria ⁊c. ¶ Sed an etiā ꝓpter hoc indulgētie ſuſpēdātur quo ad fratres. Videtur q̄ d nō. Nā ꝓut dixi: nō ſuſpēdit ꝯceſſiones religionū neqȝ ſunt quoad religioſos q̄ſtuarie: cū illas nō conſequātur porrigēdo manus adiutrices: ſed corpurū: ⁊ orationes deuotas: quibus plus prodeſūt intentioni cruciate: quā

Reſolutio queſtionis.

pecunijs. Et ſic videtur ꝙ nō ſunt in ꝑiudicium cruciate. Et forte hoc intēdit Sixtus. 4. talia ꝟba dicēs: vt ptȝ ſupra in dictione Indulgētie ſtationū. §. 7. Et ſic delarāt ſemꝑ cōmiſſarij dicte cruciate: cū ad eos recurrit̃. Et in ſpeciali quo ad fratres mi. obſ. ita conceſſit Leo. 10. vt poſitū eſt ſupra. §. 21. Tñ ſecurius eſſet procurare ꝙ emēdaret̃ ille ſtillus: ⁊ ꝙ expreſſe exciperent̃ indulgētie fratrū quo ad ꝑſonas ſuas: ⁊ etiā quo ad alios: in his q̄ nō poſſunt diuidi. Ut vcȝ Habem⁹ priuilegiū ſuſpēdēdi interdictū in noſtris feſtiuitatib⁹: nō poſſemus bene ipſo vti niſi ſeclares poſſent audire diuina: licet per bullas cruciate ipſis cōcedat̃ ꝙ poſſint audire diuina tali tꝑe ianuis clauſis ⁊c. ℂ Hec poſita ſunt ꝓpter multos ſcrupulos fratrū: ⁊ vt ꝑlati ꝓuideāt: aut ꝓuideri ꝓcurent: qr aliter nunq̄ quietabunt̃ aliqui fratres: neqȝ ex oībus hijs ſatiſfiet ipſis.

Probatio nouitiorum.

ℂ Circa tempus probationis nouitiorūȝ in ordine fratrū mino. ſunt nōnulla ſtatuta ⁊ conceſſa per varios ſummos pontifices: que poſita ſunt ſupra in dictione Nouitius. §. 1. ⁊. 4. ⁊. 5. ⁊. 16. ⁊. 17. ⁊. 20. vide ibi. — Collector.

Proceſſiones.

ALexander. 6. ſtatuit ꝙ fratres ordi. mi. de obſ. in ꝓceſſiōib⁹ nō ſeparent̃ a frīb⁹ ꝯuentualib⁹ eiuſdē ordinis. Et declarauit ꝙ in hmōi ꝓceſſionib⁹ ille modus ⁊ ordo circa ꝓcedētiā obſeruari debet in fratrib⁹ obſeruātibus dicti ordinis reſpectu fratrū aliorꝫ ordinū: q in fratrib⁹ cōuentualib⁹ ꝑdicti ordīs obſeruat̃. Ita vt nulla ſeparatio vel diuiſio fiat inter hmōi fratres obſeruātes: ⁊ ꝯuentuales. b. ffo. 56. conce. 67.

1 Pro fratri. mi. obſer. ⁊ ꝯuētualib⁹.

LEO. 10. in cōcilio Lateranēſi ſtatuit: ꝙ fratres req̄ſiti a ꝑlatis eccliarum ad ꝓceſſiones ſolēnes ꝓ tꝑe faciēdas accedere debeant ad illas: dūmodo domus: ſeu loca eorūdem fratrū: non ſint remota vltra vnū milliare a ciuitatibus: vel opidis vbi faciēda eſt proceſſio. B. ffo. 25. conce. 71.

2

¶ IDEM leo ſtatuit: ꝙ ne inter fratres mi. obſ. ⁊ ꝯuentuales ſuꝑ ꝓcedentia: diſſenſio: ⁊ cōtentio oriat̃: talis inter eos ordo ſeruet̃: vcȝ ꝙ in ꝓceſſionibus ⁊ funeralibus ac exequijs: necnō ⁊ in alijs actibus publicis in quib⁹ fratres obſeruātes: ⁊ cōuentuales cōuenerint: fratres cōuētuales fratribus regularis obſeruātie locum digniorem relinquere teneantur. B. ffo. 32. conce. 113.

3 In fauorem fratrum mi. obſeruātie.

ℂ IDEM leo poſtea declarauit: tam fratres mino. obſer. q̄ȝ conuentuales in quibuſcunqȝ proceſſionibus: ⁊ alijs actibus publicis in quibus eos ſimul adeſſe contigerit: ſuas cruces poſſe ⁊ debere deferre: ita tamē ꝙ ſicut ipſi fratres obſeruantie regularis locum digniorem inter omnes alios fratres dicti ordinis tenere debent: ſic etiam eorum cruces in parte: ſeu loco digniori proceſſionis deferri poſſint ⁊ debeant. B. ffo. 36. conce. 121.

4 De ꝓcedētia crucis fratrꝫ mi. obſer.

¶ IDEM leo ad amouendum aliquas cōtentiones inter fratres mi. obſer. ⁊ Auguſtinēſes: ⁊ alios mēdicātes ſuꝑ ꝓcedētia in ꝓceſſionib⁹ exortas: declarauit ꝙ predicti fratres mi. poſt capl'm generaliſſimū Rome tꝑe eiuſdeȝ Leonis celebratum habēt ⁊ habere debent in ꝓceſſionibus: ⁊ in ceteris actibus publicis illam preeminentiam: ⁊ locum quem ante prefatum capitulū habebāt fratres mino. conuētuales. Sed in locis vbi fratres mi. conuentuales nunq̄ fue-

5 Contra fratres Auguſtinenſes.

runt ſed ſoli obſeruantes: precepit vt inter fratres mino. obſeruantes et alios fratres ordinū mēdicātiū ſequēs ordo obſuet. Vz. f. fratres mi. obſ. ātiquū ſemp locū teneāt quē ordo ſctī Frāciſci in ſiliib9 actib9 tenere alibi ꝯſueuit: niſi cōſuetudo antiquit9 approbata et legitime obſeruata ſecus habeat. Super his aūt vt bene ſeruent dat ꝯſeruatores oēs eccl'iaꝝ ꝑlatos. B. ffio. 57. ꝯce. 158.

Procuratores ſeu fratrum ſindici.

1 De iſtitutione ꝓcuratorum. **Innocentius.** 4. ꝯceſſit miniſtris fratrū mi. auctoritatē: quaten9 in ꝓuincijs eis cōmiſſis: ꝑ ſe vel fratres ſuos qb9 id duxerint cōmitēdū: poſſint cōſtituere vl' noiare aliquos viros idoneos deū timētes: q ſm indigentiā cōuentuū ſeu domoꝝ ꝑdictoꝝ fratrū: poſſint res cōceſſas fratrib9 hmōi auctoritate ap'l'ca petere: ac vēdere cōmutare: alienare: tractare: expēdere: permutare: et in fratrū vſum conuertere. Cōceſſit etiā ꝙ liceat ꝑdictis miniſtris ꝑfatos viros ſic ꝯſtitutos remouere: alioſqȝ ad predicta exequēda ſine difficultate aliqua ſubrogare: quoties videbitur oportunum. B. fo. 29. Et ffo. 113. conce. 247.

2 Interdictū. **Clemens.** 4. cōceſſit ꝙ ꝓcuratores negociorum fratrum mi. poſſint tpe interdicti in locis predictorum fratrū audire diuina: niſi ipſi procuratores cauſam dederint interdicto: vel excōmunicari ſpecialiter: ſeu interdicti contigerit eoſdem. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 316.

3 De ꝓcuratorū nominatione ſeu inſtitutione. **Martinus.** 4. conceſſit generali et ꝓuincialibus: ac cuſtodib9 vniuerſis ordinis fratrū mi. ꝙ poſſint nominare aliquas ꝑſonas que nō ſint de predicto ordine: que ꝑſone ſic noiate habeāt (circa res cōcernētes ꝑdictos fratres) adminiſtrationē legitimā: et generalē ac liberā. Et decreuit ꝙ tales perſone ſint veri: et legitimi adminiſtratores economi ſindici: et actores: qui res ꝑdictas: et rerū ꝑdictaꝝ preciū noīe Romane eccl'ie recipiāt: et per eoſdē in fratrū ꝑdictoꝝ vtilitates (ꝓut eis licet ex regula vel declaratione regule) conuertant: qñ a predictis miniſtris vel alijs fratribus: de aſſenſu eorūdem miniſtroꝝ fuerint requiſiti. Et generaliter cōceſſit ꝙ predicte perſone habeant facultatem procurandi in omnibus cauſis pro rebus et locis ad eccleſiaȝ Romanā ſpectantib9: et ipſoꝝ fratrū vſui conceſſis. Necnon pro immunitatibus: libertatibus: iuribus: ac priuilegijs eorūdem fratrum: et ſuorum conuētuum: ſeu domorum. B. fo. 46. Et ffo. 129. conce. 290.

Collector. ¶ Aduertendū eſt circa predictā cōceſſionē ꝙ guardiani: etiā cū toto ſuo conuētu: nō poſſunt ꝑdictos ꝓcuratores vel ſindicos nominare: qr hoc ſolū cōcedit miniſtris: et cuſtodibus. Et ſimiliter eſt aduertēdum ꝙ miniſtri: ſeu cuſtodes non inſtituūt prefatos procuratores vel ſindicos ſed ſimpliciter nomināt et ſic nominati per illos inſtituūtur a ſummo pontifice pro procuratoribus: et ſindicis ſue ſanctitatis: et eccl'ie Romane: ad quā pertinēt res cōceſſe fratrib9 qñ dātes non reſeruauerūt ſibi dominiū: et qñ hmōi res ſunt tales quoꝝ vſuȝ licet fratribus predictis habere. Unde ſequitur ꝙ reſpectu rerum in quibus dantes reſeruauerūt ſibi dominium: aut quarum vſum non licet: vel aliquādo licuit fratribus habere: nihil poſſunt agere procuratores vel ſindici.

4 Indulgētie. ¶ IDEM martinus cōceſſit procuratoribus fratrū mi. in curijs eccleſiaſticis: et ciuilibus laborātes pro defenſione ordinis predictoꝝ fratrū: eccl'iaſtiqȝ

fratrum: ſingulis annis indulgentiam centum annorum. b. ffo. 260. cōce. 663

Nicolaus. 4. fecit conſimilem conceſſionem circa procuratores vel ſindicos: prout fecerat Martinus. 4. in cōceſſione ſupra poſita. §. 3. B. fo. 23. Et ffo. 107. conce. 230. 5

Concilium Conſtantienſe ſtatuit ꝙ generalis fratrum mi. poſſit et debeat in cōuentibus ſibi ſubditis tollere quecūqȝ ſuperflua: ſiue ſint in rebus mobilibus vel immobilibus: q̄ntum fieri poterit bono modo: habito ſemper cōſilio antiquoꝝ et diſcretoꝝ fratrū ſuoꝝ. Et voluit ꝙ prefatus generalis eligat (ſi opus fuerit) aliquas perſonas fideles qui predictas ſuperfluitates: auctoritate dicti concilij vendant: et commutent: aut alias in operibus conuertant. B. fo. 26. Et ffo. 110. conce. 236. 6 Generalis miniſter. Paupertas.

Martinus. 5. litteras Martini. 4. ſupra poſitas. §. 4. approbauit et fulminauit: illas inſerendo de verbo ad verbum: et cōceſſit miniſtris et cuſtodibus: ac alijs fratribus mi. ꝙ litteris predictis: ac omnibus in eis cōtentis libere: et licite vti voleant tamdiu: et quouſqȝ per ſedem apoſtolicam aliud in premiſſis eiſdem ordini vtilius fuerit ordinatū. Non obſtante cōſtitutione Joannis 22. Que incipit Ad cōditorē: per quam predictis fratribus: ne litteris et cōceſſione prefatis: ſine ſpeciali ſedis apoſtolice licentia vterentur: ꝓhibitum fuerat. b. fo. 39. Et ffo. 38. conce. 42. prope finem. 7 Cōtra ioānē papam. xxij.

¶ IDEM Martinus cōfirmauit conſtitutiones que vulgariter appellantur martinianę quas quidam legatus a latere prefati pontificis ordinauerat: in quibus quo ad procuratores fratrū habetur ſequens ſtatutum. ¶ Statuimus et ordinamus iuxta declarationē Nicolai. 3. et Clementis. 5 ac Martini. 4. et. 5. ꝙ quilibet cōuentus ſeu locus habeat ſuum procuratorem economū ſindicū: et actorem: cui omnis elemoſina pecuniaria: et alia que ad pecuniā reduci poſſunt integraliter aſſignentur. Qui eaſdem diſpenſare debeat legaliter: et fideliter pro reparatione conuentuum et locorum: ac alias quoqȝ neceſſitates fratrū pro tēpore occurrentes. Et infra. In omnibus autem que vltra hoc magis videntur artari fratres ſiue ex declaratione Clementis ſiue quacūqȝ alia declaratione ſummoꝝ pontificū: vel aliorum quorūcunqȝ: apoſtolica nobis auctoritate cōmiſſa miſericorditer diſpenſamus. Non aſtringentes eos ꝓpterea q voluerint predictas declarationes ſeruare: quin ſuo voto ſatiſfacientes: ſeruare valeant: et tenere. Habetur hoc. fo. 233. trac. 3. Cōfirmatio autem huiuſmodi ſtatuti: et conſtitutionum exiſtit. b. fo. 38. Et ffo. 36. conce. 41. 8 Statutū generale.

¶ Aduertēdum et notandū eſt ꝙ hmōi ordinatione: ac diſpenſatione vtūtur fratres mi. obſer. partium italie: qui prefatas conſtitutiones acceptauerunt: necnon et bullam Martini. 4. ſuper poſitam. §. 3. Et ideo ipſi omnem elemoſinam pecuniariā et alia ad pecuniā reducibilia: aſſignāt hmōi procuratorib9 ſeu ſindicis tanq̄ nuntijs nominatis per papā qui nomine pape tenent dictā pecuniā pro fratrū neceſſitatibus ſuo tēpore expendendā. Sed fratres hiſpani: et galli: ac alemani qui obſeruanter viuunt: qr predictā diſpēſationē nō acceptauerūt: vtuntur ſindico ſolū et preciſe ad hoc vt ſi aliquid ſuperfluuȝ vel inutile in conuentu fuerit inuētum: vtputa ſi mulus aut aſinus ſenuerint: ſiue aliquid aliud quod vno tpe fuit neceſſariū: et poſtea non eſt: imo oportet vēdi aliquid predictoꝝ: tunc prefatus procurator nomine pape cuius eſt ſindicus vendat: et preciū in alias neceſſitates fratrū conuertat. Et de iſto ſindico locu- Collector. Nota.

ſus eſt Nicolaus.3.in declaratione regule dicẽs debere dari a papa: vel a prote ctore ordinis.Et taliter vti ſindico:eſt regulã pure obſeruare.Et talem nõ habere:eſt periculo ſe cõmittere.Uix enim reperiet aliquis cõuentus ſeu loc⁹ fratrum mi.qui aliquãdo non indigeat vt aliquid vẽdatur ⁊ renouetur.Et ſi dicas ꝙ poterit vendi:⁊ pecunia recipi ⁊ expendi per aliquẽ amicum ſpiritualẽ qui non ſit ſindicus pape: dico ꝙ hoc nequit fieri ſine tranſgranſſione voti paupertatis.Quia tunc ille amicus ſpiritualis facere predicta auctoritate fratrum:⁊ ſic eſſet interpoſita perſona:ex quo papa pro hmõi rebus quaꝝ dominum;pertinet ad ipſum ⁊ ſedẽ apoſtolicã ordinauit ſuũ ſindicũ: ⁊ non reliqt hoc voluntati fratrũ.Dico etiã ꝙ talis amicus ſpiritualis in ſupradicto caſu cõmitteret fratrũ contractando rẽ alienã inuito dño.ſ.papa. ¶Aliq tñ fratres vtuntur hmõi procuratore vel ſindico in oibus contentis in bulla ſupradicta Martini.4.⁊.5.excepto in petitione:ac receptione elemoſinaꝝ ⁊ denariorum ſeu pecuniarũ aliter obuenientiũ q̃ per teſtamenta:vt faciendo petere ea que ꝓ habitibus pro defunctis acceptis vel pro celebrandis miſſis fuerunt promiſſa.⁊c.Sed tales vtuntur diſpenſatione cõtra declarationẽ Nicolai.3.quam ſicut ⁊ regulam obſeruare tenentur:cum ꝑm iura:declaratum ⁊ declaratio ſint idem.Et preſertim(qꝛ vt ſupradixi)non fuit acceptata predicta diſpẽſatio:niſi in partibus italie.Unde contra talia preſumentes factum eſt quoddam ſtatutum in capitulo generali in conuentu Laualis prouincie Turonie celebrato Anno domini.1503.ſub forma ſequenti.

Statutũ generale. ¶Deponantur omnes guardiani:⁊ pena proprietarij puniantur qui ratione debiti cuiuſcunq̃:ſeu aliorum bonorum temporalium fecerint excõmunicari ſeu detineri vel vexari quoſcũq̃ ſeculares.Subditi vero qui talia ꝓcurauerint:pena proprietarij puniantur:⁊ de conuentu confuſibiliter expellãtur. fo.230.tracta.3.Et ffo.249.in tracta.2.

Collector. ¶Aduertẽdũ eſt inſuper ꝙ extra caſum quo aliquid cõceſſum vſui fratrũ cuius dñium attinet ad papã dꝫ vẽdi:nõ indigent fratres hmõi ꝓcuratore: vel ſindico.Et in caſu ꝙ heredes vellẽt defraudare eos legatis i teſtamẽtis:habẽt duplex remedium:prout poſitũ eſt ſupra in dictione Hereditas in fine ꝯceſſionum.Qui autẽ latius videre voluerit materiã hanc procuratorum:⁊ ſindicorum:reperiet eã optime diſcuſſam ⁊ elucidatã in tractatu intitulato Speculũ fratrũ mi.ꝓpe finẽ additionũ articuli.5.declarationis Nicolai.3.Et in additionibus articuli.11.Uide ibi ac nota bene:⁊ ſic in hac materia non errabis.

9 **Eugenius.** 4.litteras predictoꝝ Martini.4.⁊.5.de verbo ad verbum in ſuis litteris inſeruit:decernens ꝙ hmõi litteris eadem fides adhibeatur vbicũq̃:ſicut originalibus litteris predictoꝝ põtificum adhiberẽtur ſi oſtẽſe forent.Noluit tñ vt per hoc aliquod ius de nouo acquireretur predictis fratribus ſed ꝙ antiquũ ius(ſi quod habebant)tantummodo eis conſeruaretur.b.fo.40.Et ffo.38.conce.42.in fine.

10 Pro fribus mi.ꝯuẽtua. **Sixtus.** 4.approbauit ⁊ robur perpetue firmitatis obtinere decreuit litteras ſuorum predeceſſorum circa procuratorum ⁊ ſindicorum nominationem:⁊ inſtitutionem:ac illorum auctoritatem.Et inſuper ampliauit predictorum procuratorum auctoritatem quo ad aliqua que non attinent ad fratres mino.obſeruantes:quapropter nõ oportet hic illa referre. B.fo.62.Et ffo.146.conce.356.

Innocentius. 8.ꝯceſſit vt procuratores fratrũ mi. eorũq̃ ſubſtituti:liberi:parẽtes:fratres:ſorores:⁊ vxores eoꝝ poſſint promereri indulgentias ſtationum:⁊ alias fratribus predictis conceſſas:dicendo in eccleſijs hmõi fratrum quinq̃ Pater noſter:⁊ totidẽ Aue maria pro felici ſtatu Romane eccleſie.o.fo.65.Et.ffo.70.conce.162. 11 Indulgẽtie

Julius. 2.conceſſit cuidam generali fratrum mi.conuẽtualium:quod predicti procuratores vel ſyndici poſſint ⁊ debeãt adminiſtrare bona relicta fratribus ꝑdictis vel monialibus.s.clare: ac fructus ⁊ reddit⁹ ex illis ꝓuenientes conuertere in vſus ⁊ neceſſitates fratrũ ſeu monialiũ hmõi reſpectiue.Multa etiam alia concedit ibidem:ſed quia non deſeruiunt fratribus obſer.omittuntur.b.ffo.59.conce.71. 12 Pro fratribus conuentualibus.

Profeſſio fratrum mendicantium.

¶Circa profeſſionis emiſſionẽ in ordinibus fratrũ mẽdicantiũ factã vel fiendã:ſunt multa ⁊ varia cõceſſa per multos ſummos põtifices: que poſita ſunt ſupra in dictione Nouicius.§.1.⁊.4.⁊.5.⁊.13.⁊.16.vſq̃ ad.20. Collector.

Promotio ad ordines.

¶Quo ad ꝓmotionẽ ad ordines ſacros:preſertim ad ſacerdotiũ: fecerunt aliqui ſummi põtifices aliquas conceſſiones ⁊ diſpenſationes in fauorẽ fratrum minoꝝ:ac nõnulla alia pertinentia ad promotiones conceſſerunt. Sed qꝛ hec poſita ſunt in dictione Ordines ſacri:in multis.§.ideo ſuperfluũ foret illa hic repetere.Uide etiã in dictione Diſpenſatio.§.11.⁊.12.⁊.13.ac.20. Collector

Protector ordinis.

1 **Gregorius.** 9.diſtricte inhibuit ne cardinalis ꝓtector ordinis fratrũ mino.ſe intromittat in rebus pertinẽtibus ad officia ⁊ gubernationẽ ſeu correctionẽ fratrũ dicti ordinis:niſi qñ predicti fratres:aut aliqui ipſorum aliquid cõmitterent contra tres articulos in regula predictoꝝ fratrum contentos:vꝫ qñ deuiarent ab vnitate fidei:vel ab obedientia romane eccleſie:aut ab obſeruantia ſue regule.Ita qꝺ dictus ordo ⁊ frẽs eiuſdem ordinis in nullo ſint ſubiecti ꝓtectori huiuſmodi:niſi dũtaxat in caſu quo ipſoꝝ fratrũ communitas:vel generale capitulum(quod abſit)a predictis articulis: vel eorum aliquo deuiarent. Decreuit etiam irritum ⁊ inane quicquid ſecus factum fuerit.¶Statuit iſuper quod fratres predicti ordinis recurrentes ad protectorem tanquã ad prelatum:pro licentijs vel alijs conſimilibus:puniantur grauiter:⁊ actibus legitimis:⁊ officijs ordinis ſint ſuſpenſi ipſo facto.B.ffo.137.conceſſione.304. Officia ordinis. Correctio Nota.

2 **Sixtus.** 4.approbauit litteras ſupradictas Gregorij.9.inſerendo illas de verbo ad verbum:⁊ robur perpetue firmitatis obtinere decreuit.Ac etiam declarauit:quod nec adhuc in prefatis tribus caſibus habeat auctoritatem prefatus protector:quando non vniuerſi ſed ſolum aliqui ꝑdicti ordinis profeſſores:in quouis numero:a fidei vnitate:ac ſacroſancte romane eccleſie obedientia deuiarent:vel regulam prefatam non obſeruarẽt.B.ffo.138.conce.304. Declaratio precedentis ꝯceſſionis.

3 Pro monia li.s.Clare. **Urbanus.** 4.ſtatuit:ꝙ moniales ſancte Clare ſint ſubdite cardinali qui pro tempore fuerit protector ordinis fratrum min. ⁊ illi teneantur firmiter obedire. Et ꝙ hmōi protector habeat curam ⁊ regimē dicti ordinis ſancte Clare:necnon ⁊ perſonarum inſiſtentium ſeruitijs monaſteriorum huiuſmodi ordinis: ſcilicet capellanorum:oblatorum:⁊ familiariū. b.fo.291.in tracta.3.Et.ffo.319.tractatu.2.

campanas: ac in illis ſacramētū Euchariſtie in loco decēti ⁊ honeſto: necnon
oleū ſanctū pro eaꝝ vſu tantū: ⁊ cemiteriū bn̄dictū: in quo ſoroꝝ decedētium
corpora ſepeliri poſſint: ac in eiſdē eccl'ijs aquā bn̄dictā ſolēniter bn̄dici: miſ-
ſaſqꝫ ſ̄m earum deuotionem cantari: ⁊ celebrari facere. B. fffo. 35. conce. 119.

¶ IDEM leo ſtatuit ꝙ predicte ſorores tertie regule collegialiter viuentes: nul 22 De ſororib⁹ tertiarijs in cōi viuētib⁹
latenus poſſint cōpelli ꝑ ſupradictos ꝑlatos eccleſiaꝝ ⁊ rectores: aut quoſuis
alios ad audiēdū miſſas ⁊ alia diuina officia: in alio loco q̄ꝫ in dictis ſuis eccle
ſijs: aut ad ſuſcipiēdū eccleſiaſtica ſacramēta ab alio q̄ꝫ a cōfeſſore regulari vel
ſeculari eis ꝑ eaꝝ ſuperiorē aſſignādo: nec deſuper quomodolibet moleſtari va
leāt. Ac ꝙ hmōi cōfeſſor ſi ſecularis fuerit quādiu officiū ꝑdictū confeſſionis
a dictis ſuꝑioribus ſibi īpoſitū cōtinuauerit: nequaquā ꝑ locoꝝ ordinarios ī Sacramēta.
premiſſis impediri poſſit. Et tandē circa premiſſa dedit conſeruatores omnes
in dignitate eccleſiaſtica conſtitutos. B. fffo. 35. conce. 119.

¶ IDEM leo dedit ꝑfatis ſororib⁹ copioſam exēptionē a ſolutiōe cuiuſuis de 23
cime: aut taxe vel collecte: etiā ꝑ ſedē aplicā īpoſite: ſi tn̄ ita ſunt paupes ꝙ eaꝝ Exemptio.
redditus nō ſufficiūt ꝓ cōmoda eaꝝ ſuſtētatiōe. B. fffo. 48. conce. 143. Hoc
ponitur latius ſupra in dictiōe Decime. §. 8. Et in dictio. Exemptio. §. 30.

¶ Idē leo fecit quaſdā ꝯceſſiōes circa modū quo alienari pn̄t bōa mōaſterioꝝ 24
monialiū: ſeu ſoroꝝ tertij ordis: q̄ poſita ſūt ſupra ī dic. Abbatiſſa. §. 9. ⁊. 10. De alienatione bonorum.

¶ Idē leo ad īſtātiā diuerſaꝝ ꝑſonaꝝ ordinauit denuo regulā ꝓ frib⁹ ⁊ ſorori-
b⁹ tertie regule. b. frāci. q̄ tria vota eſſentialia emittūt: ⁊ ī ꝯgregatiōe viuūt. Et 25
q̄ hmōi noua regl'a nūquā fuit īpreſſa ī aliquo libroꝝ ordis ideo opepreciū vi Noua regla pro tertiarijs in cōi viuentibus.
ſuꝫ eſt illā hic īſerere. ¶ Sed aduertēdū ꝙ ꝑdicta ordinatio regule fc̄tā eſt bis:
vel ter ab eodē Leone. 10. ⁊ nō vniformiter: quaꝝ vltima eſt melior: ⁊ q̄ in par-
tib⁹ Hiſpaniaꝝ: p. R. patrē miniſtrū gn̄alē triū ordinū bti Frāciſci recepta et
diuulgata necnō ⁊ oīb⁹ ꝑdictis tertiarijs tradita eſt. Ideoqꝫ prefatā vltimā re
gulā (reliq̄s omiſſis) iprimere curaui de verbo ad verbum: prout ſequitur.

DILECTIS filijs fratribus ⁊ ſororibus tertij ordinis beati Frāciſci: ſub
tribus votis eſſentialibus in congregatione viuentibus.

LEO papa. 10. Dilecti filij ac filie: ſalutē ⁊ aplicā bn̄. Inter cetera nr̄o regi
mini credita: ea nos potiſſime ſollicitos reddūt: ꝑ q̄ frenatis mundi
carniſqꝫ ꝯcupiſcētijs: innocētie ꝑmeqꝫ pacis celit⁹ collate trāquillus ſtatus ad
ſuā primeuā reduci cognoſcitꝰ originē. Dudū ſiqdē hui⁹ gr̄a fe. re. Nicola⁹ pa
pa. 4. ꝑdeceſſor nr̄: tertiā regulā beati Frāci. quā de penitētia appellauit ꝑ quā
alm⁹ cōfeſſor hoīes vtriuſqꝫ ſex⁹ fideles: ſpū dei plenus ſaluare cōtēdebat: con
firmauit ⁊ approbauit. Uerū q̄ tp̄is decurſu ſpirāte illo ſpū ſc̄to nō ſolū viri
cōiugati: mūdiqꝫ huius īcole: ꝑ q̄bus a btō Frāciſco ꝑfata tertia regula edita
fuerat: verūetiā inumeraꝝ virginū chori: trib⁹ eſſentialibus: ⁊ a q̄buſdā etiaꝫ
clauſure: nr̄a auctoritate aſſumptis votis: cōſtructiſqꝫ monaſterijs quā pluri
mis: nō ſine militātis eccl'ie fructu multiplici ⁊ edificatiōe: ꝑfati tertij ordis iu
go ſua colla ſubdiderūt. Et qm̄ in dicta tertia regula q̄dā maritatis accōmo-
da: celebi vero virgineoqꝫ ſtatui ſub hmōi tertia regu. dn̄o famulātib⁹ nullate
nus decētia īnectunꝰ: ob qꝺ caſtoꝝ aīoꝝ nitidi affect⁹ ab īgreſſu dicti ordis nō
nūquā auertūtur: nos iuxta dn̄i volūtatē: ꝑcioſum a vili ſeparātes: eādē tertiā
regulā in modū q̄ ſequitur diſtinctā de nouo cōfirmam⁹ ⁊ approbam⁹: ac vo
bis ⁊ ſucceſſoribus vr̄is ſeruādā trāſmittimus: cuius tenor ſeq̄tur ⁊ eſt talis.

¶ De nouiciorum ſeu nouiciarum ingreſſu. I. Capitulum.

¶ Fratres ſeu Sorores ad hunc Tertium ordinem recipiendi: debent eſſe
fideles catholici: de hereſi non ſuſpecti: in obedientia Romane eccleſie fir-
mi: matrimonio non ligati: debitis expediti: corpore ſani: animo prompti:

nulla vulgari īfamia maculati: cū primis recõciliati. Et de his oībus anteq̄ recipiantur: ab eo q̄ recipiēdi habet facultatem: ſunt diligenter examinandi.

¶ De hijs que habent promittere fratres ⁊ ſorores in profeſſiõe huius tertie regule. 2. Capitulum.

¶ Fratres ⁊ ſorores poſtquam per vnum integrum annum habitum probationis detulerint (qui de vili panno: arbitrio viſitatoris eſſe debet) ſi conuerſatio laudabilis fuerit apud conuentum in quo quis vel que habitum probatiõis portauerit: de conſilio diſcretorum dicti conuentus: ad profeſſionem dicti ordinis recipiatur. In qua profeſſione promittat ſeruare mandata dei: ac ſatiſfacturum de tranſgreſſionibus quas facere poſſet in futurum contra hanc tertiam regulam: vbi a prelatis requiſitus fuerit: viuendo in obedientia: ſine proprio: ⁊ in caſtitate.

¶ De ieiunio. 3. Capitulum.

¶ Fratres ⁊ ſorores perpetuis temporibus feria. 2. 4. 6. ⁊ ſabbato (excepto dñice natiuitatis feſto) carnes non comedant. Et a feſto omnium ſanctorum vſq̄ ad reſurrectionem domini: omni feria. 4. ⁊ 6. ieiunare teneantur. Ac ſimiliter qualibet ſexta feria totius anni. Item a feſto beati Martini vſq̄ ad natiuitatem domini ieiunent quotidie: iuncta quadrageſima vniuerſalis eccleſie vſq̄ ad reſurrectionē dñi: quam tamen a quinquageſima incipere debent. Diebus vero quibus non ieiunatur: bis in die dumtaxat comedant. Excepto q̄ a feſto paſche vſq̄ ad menſem octobris: laborantes penoſo: ſeu graui labore: ter in die refici poterunt: ieiuniorum ſemper diebus exceptis. Poterunt autem itinerantes: infirmi: debiles: tēpore neceſſitatis ieiunium ſoluere.

¶ De diuino officio ⁊ oratione. 4. Capitulū.

¶ Fratres ⁊ ſorores in eccleſia ſeruent ſilentium: preſertim quando miſſa celebratur: vel ſermo dei proponitur. De alijs vero locis ſeruent quod per ſuos ſuperiores circa ſilentium illis fuerit ordinatū. Debent etiā quolibet die i ſero intra ſe ⁊ deū cogitare quid fecerint: dixerint: vel cogitauerint. Quolibet autem die ſi potuerint cõmode: debent audire miſſam. Et procurare q̄ habeāt virū religioſum q̄ illis verbū dei certis diebus ꝓponat: ⁊ eos ad penitentiā: ⁊ virtutes inducat. Illi aūt vel ille: qui vel que horas canonicas ſciunt per ſe dicere debent horas canonicas ſm̄ vſum ſancte Romane eccleſie perſoluere. Qui vero horas canonicas neſciunt dicere dicant: duodecim Pater noſter pro matutino: ⁊ pro qualibet aliarum horarum ſeptem: addito Gloria patri in fine cuiuſlibet Pater noſter: addito etiam Credo ⁊ Miſerere mei deus in principio prime ⁊ completorij. Et qui premiſſa neſcierit: ter Pater noſter pro penitentia dicere debeat. Quoties autem prandium vel cibum ſumunt: gratias deo reddere debent. De confeſſione vero ſacramentali: ⁊ ſacra communione ſumenda: ſeruabunt ordinationem Nicolai pape. 4. q̄ ter in anno confiteātur atq̄ cõicent: vel etiam ſtatuta a ſuis ſuperioribus ſuper hoc ordinata.

¶ De prelatorum ⁊ officiorum ordinatione. 5. Capitulū

¶ Quelibet domus: ſi Monaſterium virorum fuerit: habebit ſuperiorē iſtius fraternitatis qui miniſter localis appellabitur. Si vero mulierum: mater dicetur. Et eligentur per ſuos Conuentus: vel inſtituentur per ſuos prouinciales ſuperiores: ſeu viſitatorem generalem. Ita tamen quod nullus ſit perpetuus: ſed certi temporis. Qui miniſtri ⁊ matres: obedient per omnia

que ad preſentem regulam ſpectant: prouincialibus miniſtris ordinis mi. beati Franciſci: ⁊ viſitatoribus deputatis ab ipſis miniſtris: quādiu in dictis officijs fuerint. Quo vero ad alia officia intra domum: ſeruabunt ſtatuta ſua.

¶ De modo interius exteriuſq̄ conuerſandi. 6. Capitulum.

¶ Cum fratres ⁊ ſorores huius fraternitatis dicantur de penitentia: oportet eos ab omni curioſitate: tam in veſtibus quam alijs quibuſcunq̄ abſtinere. Et iuxta apoſtolicum principis beati Petri ſalubre conſilium: depoſitis ceteris vanis huius ſeculi ornamentis: nullum ornamentum corporale portare debent: niſi ſolum humile: ⁊ neceſſarium tegumentum corporis ſui. Debent etiam ab acceſſu curiarum principum: dominorum: ſeu dominarum vbi mollia huius mundi (domino teſtante) habētur: omnino cauere. Nec vllo vnquā tempore choreis: ludis: iocis: ⁊ alijs hiſtrionū vanitatibus intereſſe. Debent quoq̄ eſſe parci in verbis ⁊ locutionibus: que raro ſine peccato multiplicantur. Et ſuper omnia ab omni mendacio ⁊ iuramento quocunq̄: iuxta mandatum domini: niſi pro pace: fide: calumnia: ⁊ teſtimonio perhibendo: cauere debent. Et omni die in ſero: inter cetera debent examinare ſc̄: ſi vel mendacium vel iuramentum aliquod fecerint: ⁊ pro quolibet ter Pater noſter dicere debent.

¶ De viſitatione ⁊ cura infirmorum. 7. Capitulum.

¶ Si quis frater vel ſoror huius fraternitatis in infirmitate ceciderit: miniſter domus vel mater: ſemel quotidie per ſe vel per aliam perſonā viſitare teneatur. Et de bonis communibus omnia neceſſaria diligenter faciat illi miniſtrari. Teneaturq̄ infirmum: vel infirmam monere ad penitentiam acceptandam: veramq̄ conuerſionem ad deum faciendam: mortis propinquitatē ⁊ iudicij diuini diſtrictionem: ſimulq̄ diuinam miſericordiam proponēdo.

¶ De viſitatiõe quā prelati debēt facere circa fratres ⁊ ſorores. 8. Cap.

¶ Miniſter prouincialis fratrum minorum: vel viſitator eiuſdem ordinis cui ipſo cõmiſerit: viſitabit quolibet anno: ſemel tantum quamlibet domum: cū preſentia ſeniorum. Et facta viſitatione: non debet intrare officinas: nec alia interiora ſororum. Ipſe autem viſitator nunquā ſolus maneat ⁊ ſeparatus cū aliqua ſorore. Debent autem miniſtri: ⁊ matres dicere viſitatori deffectus qui correctione indigent. Similiter ⁊ alij fratres ⁊ ſorores. Et ſi aliqui fuerint incorregibiles iudicio diſcretorum vel diſcretarū domus: tanquā morbida pecora eijciantur de congregatione.

¶ De officijs mortuorum. Capitulum. 9.

¶ Poſtquam aliquis frater vel ſoror ab hac luce migrauerit: curabit miniſter ſeu mater q̄ eius exequie ſollemniter celebrentur. Quibus exequijs omnes fratres vel ſorores alicuius domus: vbi ipſum mori contigerit: perſonaliter intereſſe debent: nec recedere donec corpus traditum ſit ſepulture. Et pro anima cuiuſlibet defuncti vel defuncte: infra octo dies quilibet ſacerdos vnam miſſā: ſcientes autem Pſalterium: quinquaginta pſal. neſcientes vero pſalꝰ. quinquaginta Pater noſter: ⁊ in fine cuiuſlibet Requiem eternam dicere teneantur. In fine autem cuiuſlibet anni: ſeu infra quemlibet annum: quilibet ſacerdos tres miſſas pro defunctis: ſcientes pſalterium: vnum pſalteriū: neſcientes vero pſalterium: centum Pater noſter cum Requiem eternam in fine cuiuſlibet dicere debeant. Et circa iſta officia pro defunctis: ⁊ alia officia diuina

in preſenti ſerie annexa: cura imponitur miniſtris ⁊ matribus vt fideliter perſoluantur.

De obligatione contentorum in regula. 10. Cap.

Omnia ⁊ ſingula in preſenti regula contenta: ſunt conſilia ad facilius ſaluādas animas viatorum. Et nulla ſunt obligatoria ad peccatum mortale vel veniale: niſi humano vel diuino iure aliquis alias eſſet obligatus. Obligantur tamen fratres ⁊ ſorores facere penitentias ſibi a ſuperioribus impoſitas: quādo ſuper hoc requiruntur. Obligantur etiam ad tria vota eſſentialia: paupertatē nihil habendo in ſpeciali. Caſtitatem: quia poſt votum non poſſunt matrimonium contrahere: nec ſine tranſgreſſione vicijs carnis ſe immiſcere. Et obedientiam: quātum ad illa ſine quibus non poteſt commode iſta fraternitas manuteneri. Tenentur etiam ad clauſurā ſeruandā ille que ipſam expreſſe ſeruare vouerint. Quod omnibus ⁊ ſingulis conuentibus concedimus: dummodo hoſpitalitas ⁊ charitas quā exercere ſolent apud infirmos: nullum cū honeſtate patiatur detrimētum. Datū Rome apud ſanctuꝫ Petrum: ſub annullo piſcatoris. Dieuigeſima[?] Januarij. 1521. Pontificatus noſtri Anno octauo.

Euangeliſta.

Collector.

Ex predictis omnibus colligendum eſt

ꝙ fratres ⁊ ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci: ſunt in triplici differentia.

De triplici diferētia tertiarioꝝ. s. franci.

¶ Quidam enim illoꝝ: ⁊ primi tēpore: ſunt illi qui nō faciunt tria vota eſſentialia religionis: nec in congregatione viuunt: ſed in proprijs domibus cum ſuis vxoribus ⁊ filijs aut familijs prout alie perſone ſeculares: excepto ꝙ obſeruant ea que in regula per Nicolaum. 4. copilata continentur. Et iſti ſunt proprie tertiarij per beatū Franciſcū inſtituti. ¶ Alij tertiarij ſunt qui faciūt predicta tria vota in manibus ſui miniſtri vel miniſtre coram ſua cōmunitate. Sed hij ſubdiſtinguntur: q2 aliqui iſtorum poſt emiſſionem votorum: ſeu pfeſſionem in predicto modo factam: remanent ⁊ viuunt in cōmuni. Reliqui vero licet faciūt profeſſionē in cōmunitate: vt ſupradictū eſt: tamen poſtea nō viuunt in communitatibus ſui ordinis: ſed in aliquibus heremitorijs vel eccleſijs ſeparatis a conuentibus dicti ordinis.

De prima differentia tertiarioꝝ. s. franciſci.

Primi iſtorum tertiarioꝝ ſunt illi qui ordinati fuerunt per beatum Franciſcum. Et hi non conuertuntur in perſonas eccleſiaſticas: ſed remanent vt perſone mere ſeculares: prout Sixtus. 4. declarauit in bulla preallegata ſupra. § 7. Et ideo poſt iſtam declarationem non eſt intelligendum ꝙ reſpectu huiuſmodi tertiariorum extendatur iuriſdictio ⁊ gubernatio que fratribus mino. ſuper tertiarios cōmiſſa eſt. Quia talem iuriſdictionem ſeu gubernationem non poſſunt fratres mino. habere ſup pſonas ſeculares: prout ſunt prefati primi tertiarij. Ac pro tanto bulla Eugenij. 4. que dat fratribus mi. iuriſdictionem ſuper tertiarios extra cōmunitatem viuentes: debet intelligi poſt ſupradictam declarationem Sixti: de illis qui fecerunt profeſſionem in cōmunitate: ⁊ poſtea viuunt extra illam. Et ſi forte reperiretur aliqua bulla que conferret expreſſe iuriſdictionem fratribus mi. ſuper hmōi tertiarios qui manent in ſeculo cum vxorib⁹ ⁊ filijs: ſeu alio modo conſimili: tunc eſſet aduertendum vtrum talis bulla fuit ante predictam declarationem. Et in hoc caſu iam nihil operatur. Si autem fuit poſt ſupradictam declarationē: tunc etiā nihil valet: niſi expreſſe derogaret hmōi declarationem

Sixti. Jmo eſſet reputanda tanq̄ ſubrepticia. Et inſuper eſſet cōtra puritateꝫ profeſſionis predictoꝝ fratrum mi. q2 vt dictum eſt: cū hmōi tertiarij ſint declarati nō eſſe perſone religioſe: nō poteſt cōuenire fratribus predictis iuriſdictio ſuper illos. Verū eſt tñ ꝙ predicti fratres mi. poſſent licite ſup pfatos tertiarios primi gradus habere quandam diligentiam ſeu curam ſpiritualē pro directione animaꝝ illoꝝ: vtpote audiendo cōfeſſiones eoꝝ: ⁊ conferendo illis ſacramentū Euchariſtie frequentius q̄ alijs fidelibus: necnō cōmunicando eis aliquas indulgentias ⁊ peccatoruꝫ remiſſiones: ⁊ alia ſimilia ſpiritualia: quēadmodū fit confratribus: ⁊ oblatis ordinis. Et adhuc nō haberent tantaꝫ auctoritatē ſuper hmōi tertiarios ſicut ſuper oblatos ppetuos: niſi ſimiliter ſe offerrent ⁊ donarent in forma iuridica. Et tunc etiā non eſſet niſi quedā obligatio mutua: ſine preiudicio decimaꝝ: ⁊ tributoꝝ: ac iuriſdictionū eccleſiaſticarum ⁊ ſeculariū: quibus manerent ſemp obligati: vt alij mere ſeculares. Et facit ad hoc determinatio Concilij Lateranenſi: ſupra poſita in. § .19.

De habitu tertiarioꝝ ſecularium.

¶ Aduertēdū eſt etiā ꝙ habit⁹ pdictoꝝ tertiarioꝝ primi gradus nō reperit determinatus in aliquibus litteris apoſtolicis. Nam habitus determinatus per Nicolaum. 4. in regula quā ipſe copilauit: itelligitur ſcḋm declarationē Sixti pro illis qui faciunt tria vota ⁊ viuunt in cōmunitate. Cōſuetudo tñ vel potius corruptela iterpretauit in diuerſis puincijs ⁊ regnis: diuerſas formas habituum. Ita ꝙ in aliquibus partibus defferūt hmōi tertiarij habit⁹ ꝯſimiles habitibus fratrū mi. licet hoc ſit expreſſe cōtra priuilegia predictoꝝ fratrū mi. ⁊ nōnunq̄ eueniat inde materia ſcādali.

Nota.

¶ Videtur tñ ꝙ habitus quē in partibus italie defferūt predicti tertiarij: ſit eoꝝ ſtatui ⁊ rationi magis cōdecens. Qr quo ad formā defferūt veſtes prout alij ſeculares: ⁊ quo ad colorem ſicut fratres mino. Et eſt veriſimile ꝙ talē habitū voluit beatus Frāciſcus ꝙ predicti tertiarij defferrent: cū ab antiquo in partib⁹ vbi prefatus ſanctus primo inſtituit predictū tertiū ordinē: ⁊ vbi pro maiori parte cōuerſatus eſt: obſeruat⁹ ſit: ⁊ de preſenti obſeruetur talis modus habitus.

Nota p cordā fratrū minorum.

¶ Nō poſſunt tamen prefati tertiarij defferre cordā ſicut fratres mi. Qr adhuc alij tertiarij qui viuūt collegialiter nequeūt portare hmōi cordā: regula ipſoꝝ prohibente. ¶ Jtem eſt aduertendū ꝙ ab hmōi tertiarijs nō poteſt a fratribus mi. recipi aliquod votuꝫ religiōis: ſed ad plus pōt fieri quedā acceptatio: ſeu admiſſio ad pdictā tertiā regulā: exhortādo illos ꝙ eā obſeruēt: ⁊ adiuuādo eos in cōfeſſionibus ⁊ alijs ſpiritualibus: ſicut cōfratribus ordinis: prout ſupradictū eſt. Nec etiaꝫ ppter hoc efficiunt fratres ſuperiores illoꝝ: ſed remanēt vt prius ſub iuriſdictiōe ordinaria tā eccleſiaſtica q̄ ſeculari.

De ſuperioribus tertiariorum.

¶ Poſſunt tñ hmōi tertiarij (ad inſtar modi qui obſeruatur cōmuniter in confraternitatibus) habere velut ſuperiores aliquos ex ſeipſis: qui nominentur miniſtri vel alio nomine: vt eoruꝫ curam habeant ad conuocandum vel puniendum eos. ⁊c. Sed hmōi miniſtri non ſunt cenſendi tanq̄ illi miniſtri de quibus Nicolaus. 4. facit mentionē in pdicta regula tertiariorum. Quia veri miniſtri qui debent gubernare tanq̄ prelati: ſunt ſolummodo illorum tertiariorum qui vouent tria vota: ⁊ viuunt in cōmunitate. Aliter enim ſequeretur ꝙ tertiarij primi gradus eſſent proprie religioſi: cuius tamen contrarium declaratum eſt per Sixtum quartum. vbi ſupra. Eſt inſuper ſciendum ꝙ hmōi tertiarij nō gaudent priuilegijs (ſaltē temporalib⁹) fratrum mi. Nā poſtq̄ Sixtus. 4. declarauit ꝙ tales tertiarij non

erant religioſe perſone: non extenduntur ad eos cõmunicationes priuilegioꝝ quas fecerunt tertiarijs Nicolaus.4.⁊ Sixtus.4.ſed ſolum de alijs qui ſunt religioſi. Nec obſtat predictis quedam conceſſio Innocẽtij.8. ſupraposita.§.10.qua extendit omnia priuilegia conceſſa tertiarijs in communi viuentibus: ad eos qui viuunt in particulari: quia illa conceſſio cum ſit viue vocis oraculo facta: non facit fidem niſi pro foro conſcientie: ⁊ pro rebus ſpiritualibus. Et dato caſu ꝙ faceret fidem in iudicio: ⁊ extenderetur ad temporalia: nõ debet intelligi niſi de illis qui fecerunt profeſſionem in cõmunitate: ⁊ poſtea virtute alicuius diſpenſationis viuunt in particulari (prout ſepe accidit etiam in fratribus aliorum ordinum magis principalium) licet tamen adhuc iſtud nõ

Aduerte.

conſtet nimis clare. ℭ Unde ſequitur ꝙ in grauis error fuerit quorundaꝫ religioſorum: qui intuitu pietatis vel deuotionis inconſiderate: procurauerũt ꝙ predicti tertiarij in aliquibus partibus non ſoluerẽt decimas nec primitias aſſerendo eſſe exemptos ab huiuſmodi: ⁊ a ſolutione tributorum ⁊ vectigalium dominis temporalibus: preſertim quia iſtud ſepe redundat in non modicum damnum vicinorum huiuſmodi tertiariorum: ⁊ exactorum redituũ. Quia ſunt aliqua predictorum onerum talis qualitatis: ꝙ quantum aufertur oneris vni vel pluribus exemptis: ſeu priuilegiatis de populo: tantum ſuper imponitur alijs eiuſdem populi non exemptis neqꝫ priuilegiatis. Et inſuper qui prefatam exemptionem de facto procurauerunt: incurrerunt in excõmunicationem: vt patet ſupra in.§.10. Circa quod eſt propterea valde aduertendum: ⁊ cauendum in futurum.

De ſecunda differẽtia tertiarioꝝ ſancti Frãciſci.

ℭ Quo ad ſecundum gradum tertiarioꝝ qui iuxta declarationem Sixti ſupradictam.§.7.faciunt tria vota ⁊ viuunt in communi: ſunt aliqua aduertẽda. ℭ Primum eſt: ꝙ iſti ſunt vere perſone eccleſiaſtice ⁊ religioſe: ⁊ ſunt exẽpti ab omni iuriſdictione eccleſiaſtica ⁊ ſeculari: excepta ſubiectione quã debent habere ordini minorum de qua ſupradictum eſt.§.8.⁊.16.

¶ Alterum eſt ꝙ habitus iſtorum tertiariorum ſcḋm regulam confirmataꝫ per Nicolaum quartuꝫ: debet eſſe coloris: ne prorſus nigri: nec prorſus albi. Sed quia predictus Nicolaus nihil dixit de forma huiuſmodi habitus: ac etiam de colore locutus eſt obſcure: fuit poſtea per Iuliuꝫ.2.prouiſum circa vtrũqꝫ: vt habetur ſupra.§.18. ¶ De cingulo autem huiuſmodi tertiariorum dicitur in prefata regula confirmata per Nicolaum.4.qḋ ſit corrigia: ⁊ non corda ſicut eſt cingulum fratrum minoꝝ. ℭ Aliud eſt etiam notandum circa ſupradictos tertiarios: qḋ ſuper eos habent iuriſditionem ⁊ ſuperioritatem fratres mi.tam obſeruantes qḋ conuẽtuales: vt patet ſupra.§.8.⁊.16. Et quia vtriſ-

Nota.

qꝫ fratribus mino.commiſſa eſt: ideo eſt locus preuẽtioni. ¶ Unde ſequitur qḋ licet huiuſmodi tertiarij ſint ſub obedientia fratrum mino.conuentualium: poſſunt prelati fratrum obſer.in defectu vel abſentia prelatorum conuentualium: corrigere predictos tertiarios. Ac ſimiliter econtra. Ratio huius eſt: quia non datur aliquibus gubernatio ⁊ iuriſdictio: vt occaſione illius committantur impune illicita. Quapropter poteſt quelibet dictarum diuerſitatum fratrum minorum: exequi ſuper prefatos tertiarios iuriſdictionem in deffectum alterius. ℭ Reliquum inſuper aduertenduꝫ eſt qḋ huiuſmodi tertiarij in cõmuni viuentes: gaudent omnibus priuilegijs conceſſis fratribus minori.ſub quorum gubernatione conſiſtunt: vt patet ſupra in.§.4.⁊.9.⁊.20. ¶ De alijs

vero tertiarijs qui licet in cõmunitate profeſſionem fecerint: ſed poſtea in particulari extra ſuas cõmunitates viuunt: videtur ꝙ nequeant gaudere priuilegijs temporalibus: nec ſpiritualibus quibus fratres mino.⁊ alij tertiarij collegialiter viuentes gaudent. Hoc patet per ſtatutum concilij Lateranenſis ſupra poſitum.§.19.

De tertia differentia tertiariorum.

ℭ Quo ad tertium vero gradum tertiarioꝝ.ſ.eorum qui nec ſunt mere ſeculares: vt primi ſupradicti: nec fecerunt profeſſionem in cõmunitate: vt ſecũdi etiam ſupradicti: ſed qui propria auctoritate aſſumpſerunt habitum tertiariorum: aut illum receperunt ab aliquibus fratribus mino.nõ obſeruata forma ſupradicta: ⁊ qui poſt aſſumptionem: vel receptionem huiuſmodi habitus: ac etiam emiſſionem profeſſionis extra cõmunitatem: viuunt in aliquibus heremitis: ſeu in domibus ſecularibus: non dubium eſt quin temeritatem eximiam cõmittant: ⁊ ꝙ tales nullatenus ſunt tertiarij ſancti Franciſci: nec alicuius regule ab apoſtolica ſede approbate: ac per conſequens ꝙ nequeunt gaudere priuilegijs fratrum mino: nec tertiariorum: nec exiſtunt ſub iuriſditione illorum. Poſſunt tamen ⁊ debent procurare fratres mino.ꝙ prelati eccleſiaſtici ordinarij procedant contra tales: quia deferunt habitum religionis cuius ipſi non ſunt: prout habetur ſupra in dictione Habitus fratrum.§.3.⁊.4. Et hec de tertiarijs ſancti Franciſci dixiſſe ſit ſatis.

Collector.

ℭ Sciendum eſt vlterius ꝙ ſolus ſanctiſſimus pater Franciſcus inſtituit fratres: ⁊ ſorores tertij ordinis: ſeu de penitentia nuncupatos vt ſupra dictuꝫ eſt: propter quod in eius laudeꝫ canit eccleſia. Tres ordines hic ordinat: primũqꝫ fratrum nominat minorum: pauperũqꝫ fit dominarum medius: ſed penitentum tertius: ſexum capit vtrũqꝫ. Attamen poſtea nõnulli alij ordines: preſertim fratrum mendicantium prefatam inſtitutionem aliqualiter imitari nixi ſunt. Nam fratres predicatores ⁊ Auguſtinenſes: necnõ ⁊ Carmelite obtinuerunt a ſede apoſtolica vt alique perſone vtriuſqꝫ ſexus in proprijs domibus habitantes: aut ſaltem in congregatione regulari viuentes: ſed certo modo ſub huiuſmodi ordinibus reſpectiue degentes: que pinzochere: aut mantellate vel de penitentia dicuntur: gauderent priuilegijs dictorum ordinum. Hoc patet quo ad predicatores. B.ffo.240.conce.573. Et quo ad Auguſtinenſes. B.ffo.249.conce.622. Et quo ad Carmelitas. B.ffo.180.cõce.427. De omnibus autem huiuſmodi perſonis: que vt in plurimum ſunt femine: dictum eſt ſupra ſatis late in dictione Mulieres. Et nonnulla alia adduntur hic: prout ſequuntur.

Sacramẽta.

Sixtus. 4.conceſſit fratribus Carmelitis: vt poſſint adminiſtrare ſacramenta euchariſtie: ⁊ extreme vnctionis ſuis pinzocheris: ⁊ mãtellatis (que ſunt velut tertiarie ordinis mi.in particulari viuẽtes: put arbitror) etiam in eorũdem domibus. Et ſimiliter cõceſſit ꝙ dum tales decedere contigerit: poſſint eorum cadauera ad eorũdem fratrum eccleſias tumulanda deferre: abſqꝫ licentia alicuius prelati eccleſiaſtici: ⁊ contradictione quacunqꝫ non obſtante. B.fo.97. Et ffo.180.conce.426.

Collector.

¶ Aduerte ⁊ vide circa hoc ea que ſtatuta ſunt in concilio Lateranẽſi: vt habetur ſupra.§.18.

¶ IDEM ſixtus fecit aliam conceſſionem ſicut immediate ſuprascriptã fratribus Auguſtinenſibus: vt habetur. B.ffo.247.conce.623.

Collector. ¶ Aduerte q̄ de huiuſmodi perſonis que ſunt velu: tertiarij fratrum minoꝝ dicta ſunt multa ſupra in dictione Mulieres. vide ibi.

Tranſire ad alios ordines.

Collector. ¶ Qualiter poſſint: aut non poſſint fratres mi. tranſire de ſua religiōe ad aliā vel de vna obediētia ad aliam: dictum eſt ſupra in multis dictionibus. ſ. in dictione Abbas: ⁊ in dictione Apoſtate: ⁊ in dictione Nouitius ⁊ dictione Obedientia: ⁊ in dictione Obſeruantes fratres. Vide ibi.

Vendere.

¶ Diſtinctio materie venditionis.

Collector. ¶ Aduerte q̄ nōnulla reperiuntur in priuilegijs fratrū mi. que pertinent ad materiā venditionis. Et horum aliqua ſpectant ad fratres: alia vero ad moniales cure ipſorū cōmiſſas: prout infra patebit.

1 Nicolaus. 3. ꝯceſſit: q̄ cū expedierit vtilitati fratrum mi. vēdere aut cōmutare aliquas res vſui eoꝝ prius ꝯceſſas: cōmutatio taliū reꝝ ꝑ reb⁹ qbus vſuȝ fratrib⁹ liceat habere: ꝓcedat: ſeu fiat auctoritate vel licētia generalis ⁊ ꝓuincialiū miniſtroꝝ in ſuis adminiſtrationibus cōiunctim aut diuiſim. Voluit tñ ⁊ ordinauit q̄ res hmōi eſtimato ꝓcio vēdi cōtigerit: fiat per ꝓcuratorē vel ſindicuȝ a ſede apl̄ica vel a ꝓtectore ordinis deputatum: ⁊ q̄ per eum pecunia ꝓ precio rei vēdite habita recipiat ⁊ expendatur in rem licitā cuius vſum fratribus licet habere. Habet̄ in declaratione Exijt qui ſeminat. ffo 10. in 2. tractatu. Et. B. fo. 8.

Procurator vel ſindicus

2 Superfluitates. Clemens. 5. declarauit nō licere fratribus mi. habere hortos vt colātur: ac olera ⁊ alia hortalicia precio diſtrahātur. Et idem de quibuſlibet alijs rebus. Habetur in declaratiōe regule que incipit Exiui de paradiſo. ffo. 15. in 2. tractatu. Et fo. 14. tractatu. 3.

3 Sixtus. 4. fecit duas conceſſiones pro fratribus mino. pertinentes ad hanc materiam: que poſite ſunt ſupra in dictione Bona: in §. 5. ⁊. 6. vide ibi.

4 Apoſtate. Leo. 10. fecit quādam conceſſionē ſuper venditionem bonoꝝ que aliq̄ fratres mi. acquiſierunt cum extra obedientiā ordinis euagarent. Sed hec etiam poſita eſt ſupra in dictione Bona. §. vltimo.

5 Elemoſinas. ¶ IDEM leo fecit aliā ꝯceſſionē circa cōmutationē ſeu vēditionē elemoſinaꝝ ſupabundantiū: ꝓut habet̄ ſupra in dictione Elemoſinas. §. vltimo.

6 De bonis monialium. ¶ IDEM leo reſpectu venditionis ſeu alienationis bonorum monaſterioꝝ monialiū ſancte Clare: ⁊ tertij ordinis: fecit duas conceſſiones: que poſite ſunt in dictione Abbatiſſa. §. penultimo ⁊ vltimo.

Vicarius.

¶ Diſtinctio materie vicariorum.

Collector. ¶ Aduertēdū q̄ de multiplicibus vicarijs reperit̄ facta mētio in ꝓuilegijs fratrum mi. ¶ Et primo de vicario totius ordinis: qui cedēte vel decedēte generali miniſtro eligi debet. ¶ Scōo de vicarijs generalibus: ⁊ ꝓuincialibus ciſmontanis: ⁊ vltramontanis qui per concilium Conſtantienſe fuerūt ordi-

nati pro regim̄ne fratrum mino. regularis obſer. ¶ Tertio de vicarijs conuētuum vel domorum predictorum fratrum ſeu monialiuȝ eis cōmiſſarum. Et de ſingulis iſtorum dicentur infra aliqua que ad eos ſpectant.

¶ De vicario totius ordinis.

Nicolaus. 4. ſta. uit ⁊ ordinauit: ac diſtricte ihibuit fratribus mino. ne deficiēte miniſtro generali poſſint eligere aut cōſtituere aliquē fratrē in vicariū ordinis ꝑfati: abſq; Romani pōtificis ⁊ ꝓtectoris eiuſdē ordinis licētia ſpeciali: ꝑ ipſi⁹ Romani pōtificis patētes lr̄as cōcedēda: facientes plenā: ⁊ expꝛſſam de huiuſmodi litteris mentionem. b. ſo. 31. Et ffo. 32 conce. 33. 1 De vicario totius ordi.

¶ Aduertēdum q̄ poſt hec in ſtatutis generalibus auctoritate apoſtolica in capitulo generali Burgenſi factis: ſub ſequenti modo ſtatutum ⁊ ordinatuȝ eſt in capitulo vndecimo de inſtitutionibus officiariorum. Collector.

¶ Ceterū ordinatur q̄ ſupueniente morte miniſtri gñalis: ſi moriatur in partibus de qbus aſſumptus eſt: miniſter in cuius prouincia moritur: teneatur conuocare patres diffinitores illaꝝ partiū in qbus moritur miniſter gñalis: quam primū fieri poterit ad locū cōmodiorē pro electiōe vicarij ordinis. In qua electiōe dictus miniſter ꝓſideat: ⁊ habeat vocē actiuā ⁊ paſſiuā ſicut ipſi diffinitores. Et ille in quē maior pars illoꝝ cōſenſerit: ſit vicarius totius ordinis. Si vero moriatur in partib⁹ quibus preeſt cōmiſſarius generalis electus ſcd̄ȝ formam bulle vnionis: defuncto gñali miniſtro miniſter in cuius ꝓuincia moritur: quā primū fieri poterit: teneatur portare vel legitime ipeditus: mittere ſigillū ordinis patri cōmiſſario gñali illarū partiū: regiſtro ordinis bene clauſo ⁊ ſigillato ſigillis miniſtri prouincialis ⁊ cōuētus in quo moritur apud ſcribā ordinis curā eiuſdē regiſtri habere ſolitū remanēte. Qui quidē cōmiſſari⁹ gñalis teneatur: quā primū fieri poterit: dictā cōuocatiōnē diffinitorū ad locū cōmodū facere. In qua cōgregatione tam cōmiſſarius generalis prefatus: quā miniſter in cuius ꝓuincia eſt defunctus: vocē actiuam ſicut ⁊ diffinitores habeant. Eligēdus vero ſemp ſit de eiſdem partib⁹ ex quibus generalis miniſter erat aſſumptus. Si aūt prouincia in qua moritur generalis miniſter eſſet miniſtro prouinciali orbata: cōmiſſarius illius prouincie in predictis ſuppleat vicē miniſtri prouincialis eiuſdem. Et ſi aliquis diffinitorum predictorum fuerit morte preuentus: miniſter prouincialis ſue prouincie: vel ipſo miniſtro defuncto: cōmiſſarius illius prouincie: ad predicta ſupplebit. Quō ſi generalis miniſter moriatur in terminis duabus prouincijs cōmunibus: miniſter prouincie prioris in ordine prouinciarum: teneatur vt predictum eſt prouidere. Et ſi in terminis aliquibus prouincijs indifferentibus: vel in mari moriatur: hmōi ꝓuiſio ad propinquiorem prouinciam pertinebit. Statutū generale.

¶ De vicarijs generalibus: ⁊ prouincialibus.

Concilium Conſtantienſe ſtatuit q̄ prelati ſuperiores fratrum minorum regularis obſeruātie appellarētur vicarij generales ⁊ prouinciales reſpectiue. Et hoc idem confirmauerunt multi alij ſummi pontifices ac ordinauerunt multa et varia circa huiuſmodi Vicarios. Sed quia poſt Capitulum generaliſſimum totius prefati ordinis Rome celebratum: tranſlatum eſt officium miniſteriatus ad fratres minores obſeruan- 2 De vicarijs generalibus ⁊ prouincialibus.

teꝝ: ac per conſequens ceſſauit denominatio predictorum vicariorum: ⁊ omnia illa que reſpectu talis denominationis fuerant ſtatuta: ſeu conceſſa ſimiliter ceſſauerunt: ideo ſuperfluum foret hic illa ponere. Qui autem voluerit predicta que ad prefatos vicarios pertinebant videre: reperiet ea in libris monumonumentorum ordinis predicti: tam prime quã ſecunde impreſſiõis: necnõ ⁊ aliqua in ſupplemento poſtea edito.

¶ De vicarijs ⁊ confeſſoribus monialium.

3
De vicarijs monialium.

Innocentius. 4. ſtatuit ꝙ fratres mino. qui in monaſterijs monialium fuerint deputati pro ſeruicio illarũ: in ſpiritualibus duntaxat deſeruiant: vt habetur latius ſupra in dictiõe Monaſteria. §. 2.

4
Particular. p hiſpania. De duratione vicariat⁹

Julius. 2. ſtatuit ⁊ ordinauit ꝙ confeſſores: ſeu vicarij monialium ſancte Clare: ⁊ aliarum religioſarum ſub cura fratrum mi. in regnis Hiſpaniarum degentium: nullatenus poſſint vltra triennium officia huiuſmodi exercere. Et ꝙ predicto triennio finito: vel antea ſi miniſtro prouinciali expediens videbitur: a predicto officio abſoluantur. B. ffo. 49. cõc. 145.

Collector

¶ Aduerte ꝙ idem Julius ordinauerat prius hoc idem generaliter loquẽdo de omnibus ⁊ ſingulis officijs trium ordinum beati Franciſci: vt habetur ſupra in dictione Officia ordinis. §. 4. ¶ Circa auctoritatem vero huiuſmodi vicariorum: vide aliquid infra poſt. §. ſequentem.

¶ De vicarijs conuentuum fratrum minorum.

5
De vicarijs conuentuũ fratrum.

¶ Idem Julius in communicatione ampliſſima quam fecit fratribus ordi. mino. de priuilegijs fratrum ordinis predicatorum: conceſſit ꝙ ea que ſpectãt ad vicarios conuentuum: aut ſingularum domorum prefati ordinis predicatorum: ſimiliter ſpectent ⁊ pertineant ad vicarios conuentuum ⁊ domorũ ordinis mi. B. ffo. 228. conce. 533. et. ffo. 74. cõce. 222. Hoc habetur latius ſupra in dictione Communicatio priuilegiorum. §. 12.

Collector

¶ Aduertendum eſt circa predictam conceſſionem: ꝙ licet in noſtris priuilegijs nõ habeãtur omnia q̃ vicarijs conuentuũ ordinis predicatoꝝ ſunt conceſſa immo pauca: tamẽ deſeruit huiuſmodi cõceſſio: ad hoc vt quãdocũq; peruenerint ad noticiã fratrũ mino. illa que ad predictos vicarios predicatorũ pertinent: poſſint eiſdem vti vicarij conuentuũ ſeu domoꝝ fratrum mino.

Collector

¶ Notandũ eſt tamẽ ꝙ vt ſuperius in nõnullis locis tetigi: appellatione vicariorum apud fratres p̃dicatoꝝ: nõ veniũt vicarij cõmuniter viſitati iter ipſos ſed ſolum illi qui propter abſentiam: aut carentiam prioris eliguntur: ſeu inſtituuntur ad preſidendum velut priores. Et conſimiliter intelligendũ eſt quo ad fratres mi. de illis vicarijs dũtaxat qui apud eos vocantur preſidẽtes: quia abeſt vel deeſt guardianus. Ad quod faciunt que ſubſequuntur.

¶ Aduertẽdũ eſt etiã ꝙ quo ad auctoritatẽ predictoꝝ vicarioꝝ monialium: et conuentuum: fuit ſtatutum in capitulo gñali Albienſi id quod ſequitur.

Statutũ generale. Pro vicari. mo. ⁊ guar. ac vica. eoꝝ.

¶ Vniuerſi cõfeſſores monialiũ noſtre familie: habeãt preſenti decreto ſemper actiue auctoritatem prelatoꝝ ſup moniales in foro cõſcientie: quo ad caſus: ⁊ ſententias. Habeantq; ſimiliter guardiani: ac vicarij guardianoꝝ in abſentia eorum. Habetur hoc fo. 228. tractatu. 3. Et. ffo. 248. in tractatu ſecundo.

¶ Deinde in ſequenti capitulo generali Lauallis: celebrato: facta eſt ſequens declaratio predicti ſtatuti.

Statutũ generale. Pro guardianis et ſuis vicarijs.

¶ Declarat̃ ꝙ illa clauſula in caplo gñali Albiẽſis inſerta: vz ꝙ guardiani ⁊ eoꝝ vicarij habeãt auctoritatẽ p̃latoꝝ in foro cõſciẽtie. ⁊c. ſic debet intelligi: ꝙ vz auctoritas per patrẽ prouincialẽ conceſſa guardianis: remaneat ſemper penes eorum vicarios: ſeu vicariorum vicarios: ipſis guardianis ſuum conuẽtum pro ſuis negocijs exeuntibus. Habet̃. fo. 229. trac. 3. Et. ffo. 248. trac. 2.

Viſitare et viſitatores.

¶ Diſtinctio materie viſitationis ⁊ viſitatorum.

Collector

¶ Circa materiam viſitationis ⁊ viſitatoꝝ ſunt complura in priuilegijs fratrum mi. contenta. ¶ Iſtorum autem quedam pertinet ad viſitationem fratrũ actiuam ⁊ paſſiuam inter ſemetipſos. Et hec poſita ſunt ſupra in dictione Correctio. §. 9. ⁊ quaſi in omnibus. §. Ac in dictione Exempti fratres. §. 2. ⁊. 4. ¶ Alia vero attinent ad viſitationem monialium ſancte Clare. Sed hec ſimiliter habentur ſuperius in dictione Abbatiſſa. §. 8. Et in dictione Moniales. §. 2. ⁊. 3. ⁊ 17. et. 22. ⁊. 26. ac. 27. ¶ Nonnulla inſuper ſpectant ad viſitationem fratrum ⁊ ſororum tertie regule beati Franciſci. Hec autem continentur ſupra in dictione Tertiarij. §. 3. ⁊. 4. ⁊. 8. ¶ Attamen quo ad viſitationem quarũlibet monialium per fratres mi. fiendam: fecit Leo. 10. quandam cõceſſionem: que habetur ſupra in dictione Ingredi monaſteria monialiũ. §. 23. ¶ Sed quo ad licentiam que ad viſitationis monialium officium exercẽdum requiritur: notanda eſt ſequens ordinatio Innocentij. 8.

De viſitationibus ⁊ confeſſorib⁹ monialium.

Innocentius. 8. inhibuit ſub grauibus cenſuris ⁊ penis: ne quiſpiam fratrum minoꝝ regularis obſer. ſine ſuorum ſuperiorum licentia ⁊ deputatiõe: ac inſtitutione: preſumat accipere ⁊ exercere officiũ cõfeſſoris: ſeu viſitatoris monaſterioꝝ monialiũ beguinaꝝ vel ſoroꝝ quarũlibet: aut tẽporaliũ dñoꝝ: ⁊ aliarũ perſonaruz ſeculariũ: ſeu regularium vtriuſq; ſexus: etiam ſi ad id apoſtolica auctoritate deputarẽtur. Et decreuit ꝙ deputationes quas ſic fieri contigerit: ſequentem conditionem habere debent: vt ſcilicet deputati ad officia predicta: illa exercere poſſint: ſi ad id eorum ſic deputatorum ſuperiorum conſenſus ⁊ licentia accedant: ⁊ non alio modo. B. ffo. 157. conce. 375.

Collector

¶ Vltra predicta: qui voluerit videre indulgentias quas promereri poſſunt viſitantes eccleſias fratrum mino. in feſtiuitatibus ⁊ alijs diebus anni: reperiet eas ſupra in dictione Indulgentie quo ad ſeculares. 1. ⁊. 2. ⁊. 3.

Vnctio extrema.

Collector

¶ Quo ad adminiſtrationem ſacramenti extreme vnctionis ſunt aliqua cõceſſa fratribus mi. tam reſpectu ſuorum tertiariorum ⁊ familiarum: ſeu oblatorum: quã aliarum perſonarum ſecularium. ¶ Ea que concernunt tertiarios: ac familiares fratrum: habentur ſupra in dictione Tertiarij. §. 19. Et in dictione Familiares. §. 3. ⁊. 8. Et in dictione Abſolutio ordinaria quo ad fratres. §. 7. ⁊. 8. ¶ Illa vero que pertinent ad omnes ſeculares: continentur in dictione Sacramenta. §. 1. Et in dictione Communicare. §. 6. ⁊. 10.

Votum.

¶ Diſtinctio materie votorum.

Collector ¶ Sciendum eſt vltimo: ꝙ in priuilegijs fratrum reperiuntur aliqua pertinentia ad materiam votorum. ¶ Horum autem aliqua ſpectant ad perſonas fratrum ſolummodo. Et iſta habentur in dictione Diſpenſatio. §. 8. ¶ Alia concernunt perſonas monialium que cure predictorum fratrum ſunt commiſſe. Hec autem continentur in dictione Abſolutio extraordinaria quo ad fratres. §. 6. Et in dictione Diſpenſatio §. 19. ¶ Reliqua vero reſpiciunt perſonas ſecularium. Et hec continentur in dictione Abſolutio quoad ſeculares primo: in. §. 16. Et in dictione Abſolutio quoad ſeculares. 2. in. §. 11. ac. 19. Et in dictione Diſpenſatio. §. 16.

¶ Sequuntur alique conceſſiones ad religioſos ſolūmodo attinētes ex priuilegijs nō mēdicātiū ordinū excerpte quorum habemus communicationem per clementem ſeptimum datam. Et etiā alie per eundem ſummum pontificē fratribus minoribus conceſſe.

Benedictus. 13. cōceſſit patrib⁹ cartuſianis in matutinali officio qñ dicitur. ℣. Te ergo q̄s. in cātico Te deum laudamus. genua flectētibus tria quadrigenaria īdulgētie de indultis penitentijs.

¶ IDEM Bñdictus. 13. predictis patribus conceſſit vt qñ in miſſa dicitur Gratias agamus: audientes flectēdo genua: ſacerdos vero dicētes caput reuerenter humiliando conſequantur. c. dies indulgentie de indultis penitentijs.

¶ IDEM benedictus conceſſit monachis diui benedicti. cccc. dies indulgentie propter obſeruationem ceremoniarum ordinis quolibet die.

Eugenius. 4. p̄dictis monachis diui bñdicti ɔceſſit: vt qñ fuerint infirmi vel occupati cōſequātur quaſcūq; indulgētias p ipſum vel p ſuos p̄deceſſores conceſſas diuinis officijs in feſto corpis xp̄i ꝛ p octa p̄ſentib⁹: ꝛ illis q ī pceſſiōe dicti feſti ābulauerit tanq̄ ſi pſonalr adeſſent.

¶ Patribus diui Hieronymi cōceſſum fuit vt qñ fuerint in eccl'ia dū officia diuina dñr: aut intra monaſteriū iuſſi a prelato: conſequantur oēs indulgētias ꝛ gratias fratribus qui in choro adfuerint rebus ꝛ officijs diuinis: conceſſas.

¶ Itē p̄dictis p̄rib⁹ ɔceſſū fuit vt p q̄libet ex ſeptē horis canonicis: ꝛ p miſſis q̄s ſimul cū alijs frib⁹ dixerint: aut ī choro cātauerit. 100. dies idul. ɔſequanē.

Sixtus. 4. Cartuſianis patrib⁹ cōceſſit vt in die natiuitatis btē marie poſſint eligere cōfeſſorē idoneū tātūmodo ſui ordinis quē qlibet eorꝫ voluerit: qui eos plenarie ab omnibus ꝛ qbuſcūq; pctīs abſoluat: etiā ſi ſint ad ſedē aplicā reſeruata: cōſueta eccleſie forme ſeruata. Hac cōceſſiōe poterūt fratres nr̄i libere frui: dūmodo pter eius fiduciā aliqd peccatū nō committat. Et etiā pctā nō ſint ex cōtētis in bulla cene dñi: nā quoad illa nulla valet ɔceſſio: ppter illā q̄ quolibet anno poſt diē dicte cene impetraretur: qꝛ tunc ſemper fit noua reſeruatio ꝛ reuocatio cuiuſcūq; conceſſionis contrarie.

Clemens. 7. conceſſit vt ſindici vel pcuratores fratrū ppter nullum crimē ciuile: criminale vel mixtū poſſint couueniri corā aliquē iudicē ſecularē: ſed tantū corā ordinis cōſeruatorē: ꝛ ꝙ ipſi ꝛ eorꝫ vxores ꝛ liberi poſſint cōſequi: ꝛ cōſequātur oēs grās ſpūales fratribus cōceſſas. Sup qd ab eodē clemēte graues cenſure ponūtur. Huius breuis originale eſt in conuentu Jeſu Barchinonenſi fratrum minorum: ꝛ autenticum exemplar habet

prouincialis miniſter puincie bethice predicti ordinis.

¶ IDEM pontifex Clemens. 7. Sixti. 4. ꝛ. Leonis. 10. approbans ſuper decimos monialibus ſancte Clare conceſſas: inſup conceſſit vt perpetuis futuris temporibus abbatiſſe: ꝛ moniales: ac monaſteria ſancte Clare nō teneanē decimas aut primitias ſoluere de qbuſcunq; terris ꝛ poſſeſſionibus quas colūt ꝛ cultiuari faciūt tam per alienos q̄ pprios colonos ꝛ donatos ac familiares monaſteriorum ſuorum. Huius conceſſionis originale eſt in conuentu ſancti Frāciſci Barchinonēſi: ꝛ autenticum exemplar in nōnullis dicti ordinis puincie Bethice conuentibus.

Finis.

Laus deo optimo maximo.

Sequitur approbatio operis

Compendij Priuilegiorum fratrum Mendicantium.

Cum Leo papa. 10. in concilio Lateranēſi preceperit nullo modo aliqua opa edita a quocunq; impſſioni dari: niſi per epiſcopū vel aliū habētem peritiā ſciētie libri: ſeu ſcripture hmōi imprimēde ab eodē epiſcopo ad id deputādum: ac inquiſitorem heretice prauitatis ciuitatis ſiue dioceſis vbi librorꝫ impreſſio huiuſmodi fieret diligenter examinenē ꝛ approbenē. Et cum ſimili modo in ſtatutis generalibus ordinis fratrum minorum cautum ſit ꝙ ſi qui fratres dicti ordinis aliqua opera noua ediderint: nō poſſint ea publicare: aut imprimere. niſi p̄us examinata fuerint ꝛ approbata per generale Capitulum: ſeu per eos quibus generalis miniſter duxerit committendum: ea propter cum Reuerendiſſimus pater miniſter generalis totius ordinis prefati minorum: ꝛ ordinarius abbatie vallis oleti dioceſis Palentine: necnō ꝛ Reuerendiſſimus dominus dominus Archiepiſcopus Hiſpalēſis inquiſitor generalis Hiſpanie: ac Sicilie: nos fratrē Martinum de Bejar: ac fratrem Joannem d Cumarraga: ꝛ fratrem Joannem de Curiel: ſupradicti ordinis profeſſores aſſignauerint examinatores cuiuſdam operis cuius titulus eſt compendium priuilegiorum fratrum mendicātium: ꝛ adhibita omni diligentia: opus huiuſmodi in nulla ſui parte inuenerimus lutulentum: ſed clarum ꝛ veritati conſonū: opuſq; limatum: politum: ꝛ terſum: omniq; laude dignū: vtpote quod vſq; ad noſtra tēpora tale opus: breue: compendioſum: vtile: ac conſcientie proficuum: ſapientibus ꝛ minus ſapientibus cōferens: nunq̄ ad noticiam noſtram venerit: approbamus ipſum opus: ꝛ teſtificamur in nulla ſui parte eſſe contrarium fidei: aut veritati: ſed omnium priuilegiorum: ac bullarum: ꝛ gratiarum predicti ordinis: ꝛ aliorū mendicantium: que ab alijs difuſe ꝛ confuſe colligebanē: in paruo volumine hoc a collectore ſapienti fuiſſe redacta. Ideo in huiuſmodi approbationis teſtimoniuꝫ ac predictorum confirmationē: ſubſcripſimus hic nomina noſtra.

Frater Martinus de Bejar. Frater Joannes de Cumarraga.

Frater Joannes de Curiel.

¶ Fuit preſens opuſculuꝫ in nobili atqꝫ inſigni oppido vallis oleti ꝑ quēdā fratrē minoꝝ regularis obſeruantie ex mādato Reuerēdiſſimi pr̄is fratris Frāciſci de angelis totius ꝑfati ordinis generalis miniſtri cōpilatū: ⁊ ex amuſſim reuiſum ⁊ caſtigatū: atqꝫ Impſſuꝫ nobiliſſima vrbe Hiſpali: in domo Joānis varela Salmaticeñ. eiuſdē vrbis tribuni. Anno dñi .1530. dieqꝫ .23. mēſis Septēbris felici numine finitū: ad laudē omnipotētis dei: ⁊ imaculate ſue genitricis: ac ſeraphici pr̄is Frāciſci oīmqꝫ Sanctoꝝ celeſtis aule. Necnō ad vtilitatē fratrū mēdicantiū ꝑcipue tñ fratrū minoꝝ: quos vniuerſos tāgit.

Collector.

Nego equidem me: excuſoris praeſtare culpam.
Quod ſi non illum: ſed me peccaſſe putaris:
Tunc ego te credam: cordis habere nihil.

Poeta quidam ad librum: et eius lectores.

¶ I: liber et varias terras: vrbeſqꝫ videto:
  Et ſine deletu: plurima tecta ſubi.
Te videat gnarus: ſed inuidus inſipienſqꝫ:
  Mordeat inſulſus: teqꝫ peritus amet.
Omnibus eſto patens: ſed non ſis omnibus vnus:
  Siſqꝫ pijs ſapidus: ſed nocuos lateas.
Quod ſi forte aliquis: pluteo te ſubdere certet:
  Cenſuram patere: ſi vir erit ſapiens.
Sed ſiquis erit: qui ignaro carpſerit vngue:
  Deſpice: prudentum fixus in arbitrio.
Et vos lectores: libro preſtate fauorem:
  Quem tanti pietas: contulit alma patris.

Regiſtrum operis.

✠. A. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q.
Omnes ſunt quaterni: preter ✠. et. q. qui ſunt duerni.